

## Druckfehlerliste.

60. Jahrgang 1899.

Seite	213	Zeile	4	von unten lies	Noronha.
"	215	"	2	" oben "	Abakasch (nicht é).
"	219	"	1	" " "	Cortico.
"	219	"	3	" " "	Mauá (nicht Maná).
"	222	"	7	" " "	Inhomirim.
"	222	"	12	" " "	Zahnradbahn.
"	222	"	14	" " "	Piabanha.
"	223	"	20	" " "	Fora.
"	223	"	31	" " "	Maná.
"	225	"	3	" " "	zwischen Wörrstädter und Moselthal.
"	226	"	5	" " "	Garganta.
"	226	"	7	" " "	Kastellauer.
"	226	"	14	" " "	des.

61. Jahrgang 1900.

Seite	171	Zeile	1	von oben lies	desselben.
"	174	"	8	" " "	entwickelten.
"	184	"	21	" " "	Puppen.
"	191	letzte Zeile		"	bestimmbar.

NOTICE: This material may be protected by  
copyright law (Title 17 U. S. Code)

on computer

catalogued

## Hemiptera Sumatrana

collecta a dom. Henrico Dohrn,  
enumerata et descripta a Gustavo Breddin.

Pars I.

Fam. Pentatomidae.

Subfam. Plataspini.

✓ *Heterocrates marginatus* Thunb.

Soekaranda (m. Januario).

✓ *Brachyplatys radians* Voll.

Soekaranda (m. Januario).

✓ *Brachyplatys nigriventris* Westw.

Soekaranda (m. Januario).

✓ *Brachyplatys subaeneus* Westw.✓ cum var. *crux* Voll.✓ *intermedia* m.✓ *pauper* Voll.

Has formas, quae fere semper intermixtae occurrunt, in unam speciem coniungo. Capite in plerisque speciminibus, quae examinavi (ca. 80), puncta vel lineolas duo plus minusve obsolete lutea, vel lineolas duas et punctum intermedium exhibente (var. *intermedia* m.), raro toto nigro (var. *pauper* typica). Varietas *crux*, fronte quadrimaculata insignis, alias rara (2 specim. e Borneo vidi, Mons Kina Balu) in insulis Balabac et Banguey abundare videtur; mares tamen tantum vidi hoc modo coloratos; feminae omnes in his duabus insulis ad formam typicam pertinent.

Soekaranda (m. Januario, var. *intermedia*; var. *pauper* rarius intermixta; ibique etiam forma typica (*subaeneus* Westw.) occurrit.

Praeterea Java (var. typica, *intermedia* et *pauper*), Borneo (Mons Kina Balu, var. *intermedia* et *crux*), Banguey et Balabac (var. typica, *pauper*, *intermedia*, *crux*), Celebes (var. *pauper*).

✓ *Coptosoma cribrarium* Fab.

Soekaranda (m. Januario).

✓ *Coptosoma pygmaeum* Montd. var.

Soekaranda (m. Januario).

✓\* *Coptosoma Rabieri* Montd. var. 1)

Soekaranda (m. Januario).

✓ **Subfam. Scutellerini.**✓✓\* *Coleotichus sumatranus* n. spec.

♂: Corpore modice lato, circa humeros latissimo, deinde retrorsum sensim angustato. Capite cum oculis longitudine sua distinctissime latiore, ante oculos sinuato, apicem versus subacuminato-carrotundato; tylo fere aequilate peferente. Pronoti marginibus antero-lateralibus subrotundatis, vix reflexiuseulis; marginis postici parte basin scutelli tangente retrorsum distinctissime rotundato-producta. Scutello pone basin breviter dilatato, tum longe aequilato, pone medium rotundato-angustato, apice ipso truncatulo. Pectoris laminae gularibus et sternalibus bene elevatis; sulco mediano pectoris usque in ventris segmentum tertium distinctissimo ibique utrimque elevatione cariniformi incluso. Angulis apicalibus segmentorum ventralium leviter et subacute prominulis; iisdem angulis in segmento sexto (maris) in apicem liberum acuminatum retrorsum productis. Rostro basin ventris attingente vel subsuperante. Antennis breviuseulis; articulis duobus basalibus subaequilongis, tertio secundo longiore (3 : 2), quarto tertio distincte longiore (quinti apice in specimine descripto mutilo).

Supra subopacus, subsordide brunnescenti-fulvus, capite, pronoti parte antica cum marginibus antero-lateralibus nec non linea mediana angustissima pereurrente pronoti scutellique paulo dilutioribus; ubique sat dense nigro-irrorato, guttulis singulis punctum parvum impressum includentibus et hic illieve in lineolas vel macululas confluentibus. Infra nitidiusculus, cum pedibus antennisque lutescens, his apicem versus ferruginescentibus;

D.\* = neu für die Fauna von Sumatra.

ventris basi media metasternique carinis ferrugineis. Linea angusta obliqua capitis inferioris suturam inter iuga et genas notante. rostro (basi excepta), labro, articulis tarsalibus apicem versus (his dilutius), regione evaporativa meso- et meta-tethii, vitta utrimque sublaterali ventris pone medium segmenti septimi connexa et ita formam ferri equini efficiente, angulis apicalibus segmentorum ventralium nec non segmento toto genitali maris nigropiceis. Pectore et ventre nigro-punctatis et hic illieve etiam nigro-guttatis; punctulis ventris setuligeris.

♂: Ventris lateribus cum segmento genitali sat dense albescenti-pilosis, pilis laterum subadpressis. Segmento genitali medio transversim depresso; margine postico subcorrotundato, medio profunde et sat anguste trapezoidaliter exciso; angulis inter hunc sinum et marginem posticum subobtusatis.

Long. corp.  $11\frac{3}{4}$  mm; lat. hum.  $7\frac{1}{4}$  mm.

Soekaranda (mense Januario).

Species valde memorabilis propter patriam suam! Congenerici fere omnes regionem inhabitant australicam atque plerique aut Australiam ipsam aut Novam Caledoniam insulasque pacificas. Unica denique species *C. fuscus* Voll. in insulis Moluceis dicitur esse capta. Ceterum species nostra *Coleotichus* est omnino typicus, inter omnes species, quas cognoscam, cum *C. nigrovario* Walk optime comparandus, tamen multo minus robustus, retrorsum distincte angustatus. A *C. fusco* Voll. differt coloribus aliis magnitudineque minore, tamen forte cum eo coniungendus, quod tamen secundum diagnosin solam auctoris, omnia characteristica vere morphologica (e. g. structuram partium genitalium) plane omittentem erui nullo modo potest, praesertim in tanta distantia patriarum.

✓ *Cantao ocellatus* Thuub.

(var. spinis humeralibus armata).

Soekaranda (mense Januario).

\* *Tetrarthria variegata* Dall.

✓ 1 ♀ (fere typice colorata).

Soekaranda (mense Januario).

[Praeterea etiam Ins. Talaur (!)]

var.

Capite proportionaliter magno pronoto fere aequilongo antennis rostroque distincte longioribus. Pronoto scutelloque brunneo-fulvis et unicoloribus, illo tantum lituris quibusdam marginalibus et submarginalibus viridi-metallicis antice et latera versus ornatulo. Pedibus antennisque sordide brunnescentibus vel fusciscentibus, harum articulo quarto basi, femorumque parte dimidia basali dilute luteis.

1 ♀ (bene evoluta).

Soekaranda (m. Januario).

✓ \* *Brachyaulax oblonga* Westw.

Ventre lituris luteis nunquam omnino destituto.

Statura feminae valde variat (12—17 mm).

Soekaranda (m. Januario; ♀♂) et Liangagas.

✓ \* *Eucorysses Iris* Germ.

2 ♂♂. Soekaranda (m. Januario).

Occurrit etiam in insula Balabae [prope Borneo] (coll. Breddin).

✓ \* *Eucorysses grandis* Thunb.

Forma typica (♂) cum var. maculis multis destituta (♂).

Soekaranda (m. Januario).

✓ \* *Cosmocoris Dohrni* n. spec.

Capite latitudine sua cum altero oculo aequilongo, ante oculos ipsos profunde sinuato, ante sinus primum aequilato tum corrotundato; tylo ante iuga protuberante; capite supra glabro, vix et obsolete ruguloso. Pronoto remotissime et obsolete punctulato, fere impunctato, area antica collari (maris) latera versus sparsim punctulata; marginibus antero-lateralibus anguste

reflexis, medio subsinuatis, ante medium subrotundatis. Scutelli basi distinctissime elevata, glaberrima, nec rugosa; reliquo scutello disco sat remote et obsolete punctato. Ventre latera versus aciculato-ruguloso, lateribus ipsis dense rugoso-punctatis. Antennarum articulo secundo (♂) brevissimo, articulo primo fere triplo brevior.

Supra viridi- vel coeruleo-viridi-aeneus; capitis vitta mediana antice decurtata, maculaque utrimque circa ocellum, pronoti et scutelli maculis ut in *C. excavato* Guér. dispositis sed omnibus, praesertim scutelli, multo maioribus, nigris; maculis eicatricibus pronoti distinctis quamvis nunquam metallice-nucleatis; macula subbasali malleiformi scutelli cum maculis lateralibus serici primae interdum confluenta; macula scutelli subapicali transversaliter reniformi. Corpore toto inferiore viridi-metallico, maculis circa spiracula et pedibus cyaneo-metallicis; femorum basi, trochanteribus coxisque in altero specimine (sumatranum) dilute luteis, in altero (ex insula Nias reportato) concoloribus. Ventris disco aut leviter coeruleo-micante aut nigrescente. Tarsis, rostro antennisque nigris.

♂: Ventris segmento septimo<sup>1)</sup> retrorsum rotundato-subproducto. Segmento genitali brevi et transversali; margine postico late et parum profunde sinuato, angulis lateralibus apice rotundato-obtusatis. Impressionem pronoti triangulari distinctissima atque bene circumscripta. Femina latet.

Long. corp. 12<sup>1</sup>/<sub>2</sub>—14<sup>1</sup>/<sub>2</sub> mm; lat. hum. 6<sup>1</sup>/<sub>2</sub>—7<sup>1</sup>/<sub>2</sub> mm.

Soekaranda (m. Januario); praeterea insula Nias (1 ♂ coll. mea, a dom. Lange, Annaberg, benigne mihi communicatus); aliud specimen sumatranum adest in Museo berolinensi.

*C. excavato* Guér. similis, minor, differt ventre macula lutea vel sanguinea omnino destituto, capite brevior ante oculos profundius sinuato, pronoto fere impunctato, area collari media omnino

<sup>1)</sup> Segmentum abd. secundum meum = primum auctorum etc.

impunctata, scutello a latere viso pone callum basalem longe aequalto (nec retrorsum iterum rotundato-elevato), maculis omnibus corporis superioris maioribus ocellisque nigrocinctis.

Species statura, colore et magnitudine macularum valde similis *Chrysocori bilunulato* Voll., cum quo facile confunditur.

✓ *Chrysocoris bilunulatus* Voll.

Color ventris variat: Maculae luteae segmentorum quinti et sexti nunc typice transversales, nunc rotundatae parvae; macula segmenti quinti nunquam omnino evanescit (et forte interdum etiam macula segmenti sexti?). Inveniuntur tamen rarius specimina colore luteo valde extenso et totum discum ventris occupante radiosque ad marginem lateralem emittente. Species, quae abundat in insula Sumatra, maculis magnis corporis superni inter vicinas facile recognoscenda.

Soekaranda (m. Januario), Liangagas, Bindjey Estate (Deli, Sumatra orient., W. Burchard leg., Mus. Hamburg).

✓ *Chrysocoris dilaticollis* Guér.

Soekaranda (m. Januario), Sinabong. [Praeterea etiam Sumbawa (!)]

var.

Minor (9 1/2 mm). ventris disco dilute picescente, pedibus typice coloratis. A *C. equite* F. vix distinguenda.

Liangagas.

✓ var. *sumatrana* Voll.

Femoribus fere totis coeruleo-metallicis; scutello in specimine unico apicem versus purpurascete. 9 1/2 mm.

Bekantiang.

✓ *Chrysocoris eques* Fab.

Soekaranda (m. Januario), Liangagas.

✓ \* *Graptophara Reynaudi* Guér.

Capite pronotoque purpureis, violaceo nigro-maculatis; scutello subaurantiaco-luteo, maculis nigris duabus serie posterioris omnium maximis; ventris lateribus immaculatis.

Long. corp. 13—14 1/2 mm.

Soekaranda (m. Januario), Liangagas.

✓ *Hotea curculionoides* H.-S.

✓ cum var. *punctulata* Germ.

Soekaranda (m. Januario), Liangagas. [Praeterea etiam Sumbawa (!), ins. Talaar (!)]

✓ **Subfam. Graphosomini.**

✓ *Podops inermis* Hagl. var.?

Exemplaria compluria inter se sat divergentia vidi omnia cum illa specie conferenda. Describam hic specimen, quod diagnosis auctoris maxime appropinquare mihi videtur:

Statura maiuscula, subelongata. Capite latitudine sua intra-oculari cum altero oculo aequalongo, ante oculos profunde sinuato, tum antrorsum paulatim dilatato, apicem versus corrotundato; margine antico inter iuga et tylum subaequilonga binciso. Spina tuberculorum antennalium graciliter acuminata. Pronoto transversaliter haud vel vix impresso parteque cicatricali haud convexo-elevata. Margine antico pone oculos recte (nec oblique) truncato, extus extrorsum in dentem breviusculum et fortiusculum prominente; margine antero-laterali usque ad apicem ipsum dentis humeralis subrectilineo; hoc dente postice sinulo terminato parumque prominente, dente collari vix latiore. Scutello sat angusto, per partem paulo minus quam tertiam basalem retrorsum angustato, deinde leviter dilatato, fere aequalato, apice sat graciliter corrotundato nec truncato. Antennarum articulis duobus basalibus aequalongis, tertio secundo multo longiore (5 : 2), quarto tertio nonnihil brevior, quinto omnium longissimo.

Corpore supra sordide brunneo-fulvo. Capite, pronoti parte antica et scutelli angulis basalibus subimpressis nigrescen-

tibus. Corpore toto superiore sat dense fusco-punctato breviterque griseo-pilosulo. Pronoti marginibus antero-lateralibus, macula parva et diffusa angulorum basaliu scutelli, corii margine costali sectoribusque et principali et interiore suturam clavi sequente impunctatis, lutescentibus. Corpore inferiore nigro, griseo-pilosulo densissimeque punctato; ventris disco angusto aciculato-punctato; prostethii marginibus lateralibus, metastethii area postica ventrisque limbo diffuso fusciscenti-ferrugineis; spiraculis glandulisque pone spiracula positis nigerrimis. Femoribus tibiariisque basi subtus nigris; harum reliqua parte, tarsis rostroque ferrugineo-flavis; tibiis anticis paulo obscurioribus. Antennis picescenti-nigris.

Long. corp. 10 mm; lat. hum.  $5\frac{1}{2}$  mm.

♀ e Java insula dicitur esse (coll. mea). †

Magna species forma thoracis distincta. An *Podops obscura* Voll. (nec. Dallas) huc referenda?

✓ *Podops latiuscula* n. spec.

Corpore quam in specie praecedente paulo latiore, dilutiore, glabriore, dente humerali pronoti obsolete, scutello pone partem tertium basalem distinctius rotundato apicemque abdominis non omnino attingente nec non capite nonnihil brevior differt. Ventris limbo late fulvescente.

Long. corp.  $9\frac{1}{2}$  mm; lat. hum.  $5\frac{1}{2}$  mm.

Soekaranda (m. Januario).

✓ *Podops sororecula* n. spec.

Corpore subelongato. Capite latitudine sua cum altero oculo aequilongo, ab oculis ipsis usque antrorsum sinuato-angustato, deinde longe aequilato, ante apicem ipsum utrimque oblique sub-sinuato-truncato; iugi apice subobtusato, tylum vix superante. Spinis tuberculorum antennalium sat validis, acuminatis. Pronoto ante medium transversim distinctissime impresso, ante impressionem subtuberculato-elevato, praesertim cicatricibus tumido-convexis; parte elevata et capite subtiliter, reliquo pronoto rudiuscule et

Stett. entomol. Zeit., 1900.

densissime punctato. Pronoti dente collari oblique antrorsum atque extrorsum prominente, gracili, acuto articulo primo antenarum aequilongo. Margine antero-laterali pone dentem collarem usque ad basin dentis humeralis rectilineo. Hic dente distinctissime extrorsum prominente, basi lato, apice acutangulari; humero pone dentem distincte sinuato. Scutello graciliusculo, a basi usque per partem fere tertiam basalem sensim angustato, deinde subrotundato-dilatato, apicem versus sat graciliter corrotundato nunc plus nunc minus truncato toto cum hemelytris sat rude et distincte punctato. Angulis apicalibus segmentorum abdominis leviter prominulis. Rostro coxas posticas attingente. Antennarum articulis primo secundoque et iterum tertio quartoque inter se subaequilongis, tertio secundo fere duplo longiore, quinto omnium longissimo.

Corpore plerumque pilulis et materia griseo-lutescenti densissime vestito, cum denudatur, supra pieco-nigro, regione humerali scutellique limbo diffuse brunnescentibus, corio connexivoque fulvis, macula utrimque basali scutelli punctiformi luteo-alba. Corpore inferiore densissime punctulato griseo-nigro; angulo postico metastethii, maculis marginalibus ventris medium segmentorum occupantibus maculisque parvis intra spiracula positis diffuse fulvescentibus. Femoribus, tibiariarum posteriorum basi tibiisque anticis fere totis vel totis nigris vel nigropiceis; reliquis tibiis, tarsis totis rostroque ferrugineo-flavis. Antennis sordide fulvescentibus, articulis omnibus apices versus, primo toto quintoque basi excepta nigrescentibus vel nigris.

Long. corp. 7— $7\frac{1}{2}$  mm; lat. hum. 4— $4\frac{1}{5}$  mm.

Soekaranda (m. Januario).

Ex affinitate *P. luridae* Germ. et *coarctatae* Fab.; differt dente pronoti collari longo, acuto, oblique antrorsum prominente, pronoto distinctissime transversaliter impresso, area cicatrici elevata tuberculata, cicatricibus ipsis distincte tumescenti-convexis.

Stett. entomol. Zeit., 1900.

✓✓ *Podops inermiceps* n. spec.

Corpore ovali. Capite breviusculo, latitudine sua interoculari vix longiore, ante oculos distincte transversales valde sinuato-angustato, deinde subaequilato vel antrorsum levissime paulatim dilatato, apice sat subito corrotundato, fere truncato; ingis tylo aequilongis. Tuberculis antennalibus antice subrecte truncatis, angulo libero exteriori obtusato, spina antrorsum vergente omnino non armato. Pronoto ante medium transversim distinctissime impresso; parte cicatricali longitrorsum convexa, tuberculosa, praesertim cicatricibus ipsis semigloboso-convexis. Margine antico pone oculos suboblique subsinuato-truncato, extus in dentem validiusculum extrorsum vergentem apice subobtusatum producto; marginibus antero-lateralibus pone dentes collares retrorsum usque ad apices dentium humeralium sinuato-divergentibus; hoc dente ultra humeros extrorsum acutiuscule prominente, denti collari aequilongo. Scutello per paulo plus quam quartam partem basalem retrorsum angustato, deinde rotundato-subdilatato, apice corrotundato. Angulis apicalibus segmentorum abdominalium leviter prominulis, subobtusatis. Rostro inter vel pone coxas intermedias extenso. Antennis breviusculis; articulo secundo primo paulo brevior; tertio secundo sensim longiore (5:3); tertio quarto-subbreviore; quinto omnium longissimo.

Corpore subferrugineo-fulvo, lutescenti-pilosulo, supra fusco-punctato. Capite supra subtusque, margine antico pronoti cum dentibus collaribus (horum marginibus exceptis), sulculis cicatricalibus, angulis imis basalibus scutelli basique scutelli ipsa media (huc dilutiore), angulis basalibus segmentorum abdominis supra subtusque, ventris spiraculis discoque magis minusve extenso, pectore (metastethii angulo lato postico excepto), femoribus, tibiis omnium basi anticarumque saepe etiam apice picescentibus vel nigris. Tibiis, tarsi, rostro antennisque dilute ferrugineo-flavis, harum articulo quinto (basi excepta) semper, articulo primo plerumque piceis, reliquis articulis apicem versus saepe subinfuscatis; rostri apice saepe fuscescente. Scutelli macula utrimque

Stett. entomol. Zelt. 1900.

basali punctiformi lutea plus minusve distincta. Colore fusco ventris nonnunquam usque ad spiracula extenso, tum maculas diffusas intraspiraculares lutescentes includente.

Long. corp.  $5\frac{1}{2}$ —7 mm; lat. hum.  $3\frac{1}{2}$ —4 mm.

Soekaranda (m. Januario); praeterea ins. Java occidentalis (Pengalengan, 4000 pedes, leg. Fruhstorfer, coll. mea).

*P. sororculae* m. magnitudine subsimilis, paulo latior coloribusque dilutioribus; distinguitur praeterea facile dente collari pronoti distincte extrorsum directo; hac nota et tuberculis antennalibus inermibus, antice subrecte truncatis a congenericis sat distincta parva species.

✓\* *Podops tarsalis* Voll.

Capite brevi, latitudine sua interoculari subbreviore, apice latiusculo, nec ibidem sensim angustato; ingis latis, apice suboblique introrsum sinuato-emarginatis, angulis sinuum exterioribus angulariter paululum prominentibus; tylo ingis distincte brevior capiteque inter iuga quadrangulariter subexciso. Pronoti parte paulo plus quam dimidia anteriore distinctissime longitrorsum convexa, dense luteo-tomentosa sulculisque cicatricalibus glabris nigris veluti sculpturato-ornata; marginibus antero-lateralibus inter dentem humeralem et collarem distincte rotundatis, obsolete serrulatis. Tibiis anticis semper nigris, intermediis supra medio nonnunquam ferruginescentibus. Scutello vitta lata mediana fuscescente ornata.

Long. corp. 7— $7\frac{1}{2}$  mm.

Soekaranda (m. Januario).

✓\* *Podops serrata* Voll.

Soekaranda (m. Januario), Sinabong.

✓\* *Aspidestrophus morio* Stål.

Soekaranda (m. Januario), Liangagas.

Stett. entomol. Zelt. 1900.

✓ **Subfam. Cydnini.**

✓\* **Stibaropus subglaber** n. spec.

♂♀. Corpore sat late ovali. Capite latitudine sua cum altero oculo aequilongo, oculis parvis exceptis a basi ultra medium leviter dilatato, apicem versus subsemiorbiculariter rotundato, iugis tylo haud vel vix longioribus capitisque margine antico medio haud nisi levissime inciso; capite supra ruguloso, margine utriusque iugi stylulis 8—9, tylo ante apicem stylulis duobus armatis. Pronoti marginibus antero-lateralibus longe ciliatis rotundatis, parte tota antehumerali a superno visa subsemiorbiculari, antice distincte marginata; medio transversaliter vix impressiusculo; parte ante impressionem sita fere omnino glabra; parte postica remote et subobsolete punctata, haud vel vix rugosa. Scutello latitudine sua itemque pronoti longitudine longiore, disco et apice remote et obsolete, latera versus densius et paulo distinctius punctato; parte postfrenali lata, mox ante apicem subito corrotundata. Hemelytris remote et obsolete, inter rimulam plicatoriam et marginem costalem paulo densius punctatis. Membrana vitrea, venas tres vel quatuor distinctiores exhibente abdominisque apicem longe superante. Rostro brevi, coxas anticas haud vel vix superante; articulis duobus basalibus et iterum duobus apicalibus aequilongis, secundo tertio fere duplo longiore, hoc supra leviter inflatulo. Antennarum articulum parvum secundum, qui adest in omnibus, quos quidem cognoscam, congenericis, hic distinguere nullo modo possum; articulo clavato eiusmodi ex secundo et tertio connato articulo antepicali longiore articuloque apicali subaequilongo. Tibiis anticis ultra medium subaequilatis, apice graciliter acuminato deorsum curvato; tarso paulo ante basin partis tertiae apicalis inserto. Tibiis posticis validis breviterque clavatis; tarsis posticis debilibus.

Corpore supra ferrugineo-brunneo, subtus ferrugineo; antennis, rostro, acetabulis, coxis, trochanteribus femoribusque anterioribus cum basi tibiaram tarsisque omnibus dilute flavesc-

Stett. entomol. Zeit. 1900.

centibus. Apice curvato tibiaram anticarum maculaque diluta subapicali ventris picescentibus.

Long. corp. cum memb. 5—6 mm; lat. hum. 3—3 $\frac{1}{4}$  mm.  
Soekaranda (m. Januario).

Prima species cognita Archipelagum Malesium inhabitans. Punctura obsoleta praesertim pronoti, rostro brevi, antennis quadrarticularis bene distincta species.

✓ **Scoparipes insignis** Voll.

♂♀. Numerus punctorum setiferorum marginis costalis in corio valde variat (9—20 utrimque), variat etiam plerumque in eodem specimine. Et rostrum quoque longitudine variat: nunc inter coxas intermedias, nunc inter posticas extensum.

Long. corp. 13 $\frac{3}{4}$ —14 $\frac{1}{4}$  mm; lat. hum. 7 $\frac{1}{2}$ —7 $\frac{4}{5}$ , lat. max. abd. 8—8 $\frac{1}{5}$  mm.

Soekaranda (m. Januario, cum specimine nuper evoluto).

✓\* **Scoparipes latipes** Sign.

♂♀. Ad hanc speciem refero specimina duo margine antico capitis rotundato-bilobato interque lobos distinctissime inciso, numero punctorum setiferorum in margine costali corii positorum variabili, semper tamen parvo (2—5 utrimque).

Cum *Sc. insigni* Voll. magnitudine corporis puncturaque capitis, pronoti, scutelli sat bene congruens vel eo paululo angustiore, punctura corii posterioris paulo remotiore. Rostro breviusculo, medium mesosternum haud vel vix attingente; articulo quarto omnium longe brevissimo. Segmento sexto maris postice, ut videtur, paulo profundius, quam in *Sc. insigni*, sinuato.

Long. corp. 13 $\frac{1}{2}$ —14 mm; lat. hum. 7 $\frac{1}{4}$ —7 $\frac{1}{2}$ , lat. max. abd. 7 $\frac{3}{4}$ —8 mm.

Soekaranda (m. Januario).

✓\* **Scoparipes minor** n. spec.

♂: Corpore subelongato-ovato, transversaliter sat convexo. Capite fortiter denseque rugoso-punctato, vertice tantum glabriore.

Stett. entomol. Zeit. 1900.

Tylo subaequilato pereurrente, sed iugis paulo brevior. Margine antico epitis rotundato, medio inciso, stylulis et setis armato. Pronoto inter humeros longitudine sua mediana tertia parte sua latiore; lateribus longe subrectis leviterque antrorsum convergentibus, antice rotundato convergentibus, setis nonnullisque stylulis marginalibus armatis. Pronoto impressione antica in mare destituta, impressione levi transversa pone medium posita et irregulariter punctata divisa; parte anteriore disco glabra, acervulos punctorum minorum hic illive exhibente, marginibus lateralibus et antico dense et fortiter punctatis, hac parte antica punctata, postice triloba, lobo medio in striam punctulatam medianam retrorsum continuo. Parte postica antice sparsim punctata, punctulis nonnullis intermixtis, postice et in humeris glabra. Scutello puncta nonnulla maiora punctulaque intermixta exhibente, liaca impressa laterali antice et postice decurtata densius punctata. Corio sat remote subfilitate punctato; sectoribus omnibus utrinque serie punctorum inclusis; margine costali setis 6—9 instructo; clavi punctis in series tres ordinatis. Ventre remotiuscule punctato, lateribus dense longitrorsum rugulosis, disco glabro, incisuris omnibus plus minusve distincte carinulatis. Mesosterni carina mediana subpereurrente, postice haud dilatata. Antennarum articulis duobus basilibus aequalibus; secundo tertio paululo brevior; hoc articulo quartoque quintoque fere aequalibus. Rostro breviusculo, coxas intermedias haud attingente; articulo quarto omnium brevissimo, secundo longissimo sed primo non multo longiore. Crista interiore scoparia tiliarum posticarum maris distinctissima.

Niger, infra cum pedibus picescens; tarsi, antennis, rostro ferrugineo-flavis, huius basi paulo obscuriore.

Long. corp.  $9\frac{3}{4}$  mm; lat. hum.  $5\frac{1}{4}$ , lat. max. abd.  $5\frac{3}{4}$  mm.

1 ♂. Soekaranda (m. Januario).

Differt a congenericis statura multo angustiore corporeque supra convexiore.

Stett. entomol. Zeit., 1900.

✓ \* *Cydnus indicus* Westw.

Soekaranda (m. Januario cum speciminibus nuper evolutis rufo-piceis).

✓ *Geotomus pygmaeus* Dall.

Soekaranda (m. Januario).

✓ *Opatrocydnus* n. gen.

Corpore supra subplano. Capite fere a basi usque subverticali, profunde in pronotum immerso, parte postoculari parte anteoculari distincte longiore, ocellis ab oculis longe distantibus; iugis tylo multo longioribus eumque profunde includentibus; margine stylulis et setis, disco setis quibusdam instructo; imo margine antico capitis medio deorsum inflexo laminulamque perpendiculariter erectam efficiente. Pronoto antice immarginato, subangulariter profunde sinuato; marginibus antero-lateralibus laminato-dilatatis seriem submarginalem punctorum setigerorum exhibentibus; angulis collaribus antrorsum prominentibus. Scutello graciliter triangulari latitudineque sua basali distincte longiore; apice subacuminato. Corio sat longo elytrisque clausis apicem scutelli distinctissime superante; membrana minuscula corio multo minore. Margine costali corii sublaminato-dilatato. Tibiis posticis subcylindricis, vix compressis. Tarsis anticis in apice imo tiliarum insertis. Antennis quinquearticulatis.

Genus singulare secundum habitum in *Brachypeltae* vicinitate verisimiliter enumeranda, distinguitur facile capite profunde immerso, tylo iugis profunde incluso, lateribus corporis sublaminato-dilatatis.

✓ \* *Opatrocydnus cryptocephalus* n. spec.

♀. Capite plano, subcordiformi, basi excepta dense punctato, margine antico rotundato-bilobo, inter lobos late angulariter inciso; iugis ante tylum distincte contignis. Spatio inter ocellum et oculum diametro longitudinali oculi aequali. Pronoto distinctissime transversali, inter humeros longitudine sua mediana duplo latiore;

Stett. entomol. Zeit., 1900.



marginibus antero-lateralibus antrorsum rotundato-convergentibus; angulis collaribus subrectangulariter antrorsum productis marginemque anticum oculorum subattingentibus; margine basali pronoti vix rotundato, fere truncato. Pronoto toto usque ad margines laterales angustissime lineariter reflexiuseulos dense punctato; litura utrimque lineiformi, curvata cicatricem notante impunctata; disco utrimque pone medium leviter impresso. Scutello punctato, macula angulorum basalium subimpressa glabra; apice imo vix subrotundato. Corii margine costali subdilato leviter rotundato; angulo apicali obtusato, sutura membranali recta; tota parte coriacea dense punctata, punctis circa suturam clavalem in series complures ordinatis; sectoribus distinctis, percurrentibus. Costa corii omnino non reflexo-elevata, usque ad marginem punctata; in hoc margine ipso puncta 3--5 maiora distinguuntur, quae normaliter setas ferre videntur. Membrana parva (in specimine descripto subnullata). Ventre pone basin medio subinflato, lateribus passim et apicem versus dense punctatis; incisuris omnibus plus minusve carinulatis. Rostro coxas intermedias attingente; articulis tribus basalibus subaequilongis, quarto dimidio articuli tertii vix longiore. Antennarum articulis primo et tertio aequilongis, secundo illo paulo brevioribus (articulis duobus apicalibus in specimine descripto, ut videtur, deformatis).

Niger, antennis, rostro, tarsis piceo-brunneis. Membranae quantum restat piceo-brunneo.

Long. corp.  $8\frac{1}{3}$  mm; lat. hum. et lat. max. abd.  $5\frac{1}{4}$  mm.  
Soekaranda (m. Januario).

### ✓ Subfam. Pentatomini.

#### ✓ Dalpada oculata Fab.

Larva tibiis anticis ut in imagine dilatatis et coloratis distincta. Capitis margine utrimque ante oculos spina, paulo ante apicem dente rectangulari armato.

Soekaranda (m. Januario, cum larvis). [Praeterea etiam Malacca (Perak!), Borneo (!)].

Stett. entomol. Zeit., 1900.

### ✓ Aednus obscurus Dall.

Ad hanc speciem refero specimina sumatrana, rostro coxas posticas nunquam attingente saepe ne intermedias quidem coxas superante. Margine ventris nunc brunnescenti-fusco, nunc omnino nigro; pectore serie macularum callosarum lutescentium saepe notato.

Long. corp.  $9\frac{1}{2}$  mm; lat. max. abd.  $6\frac{1}{2}$ — $6\frac{2}{3}$  mm.  
Soekaranda (m. Januario).

### ✓ Neodius depressus Ellendr. Breddin.

Quatuor species cognosco generis *Neodii* ex insula Sumatra reportatas, omnes inter se sat similes, e quibus ea, quae maxime cum diagnosi *N. depressi* congruere videtur, haec est:

Corpore ovali. Capite plano; marginibus lateralibus ingorum subreflexis, ante oculos in dentem distinctiorem omnino non prominulis, sed ab oculis usque sat graciliter sinuato-angustatis, antice angulariter corrotundatis. Iugis tylo longioribus, per totam longitudinem distantibus atque apice distinctissime hiscescentibus. Pronoto depresso; marginibus lateralibus sublamatis, et antice et postice usque pone humeros subreflexis; humeris distincte rectangulariter prominulis, apice rotundatis, postice incisulis; pronoto ab his angulis humeralibus usque ad angulos collares subsinuato-angustato; margine antico quam capite distinctissime latiore idque utrimque sensim superante, parte pone oculos sita recte truncata (vel vix ino angulo collari levissime antrorsum producto); margine igitur laterali corporis a supero viso inter oculum et pronotum distinctissime acutangulariter inciso. Venis membranae compluribus ab areola basali transversali (rarius obsoleta) decurrentibus. Rostro coxas intermedias subsuperante. Antennarum articulo secundo quam tertio plerumque paulo brevioribus<sup>1)</sup>.

<sup>1)</sup> Longitudo proportionalis illorum articularum in genere, ut videtur, nonnihil variat.

Sordide fulvo-luteus, dense, in corio tamen inaequaliter, fusco-punctatus, colore punctorum circa basin scutelli, in dimidio antico pronoti et in vertice posteriore in colorem omnino fusciscentem plus minusve conflente. Linea mediana pronoti et scutelli nec non venis corii claviq̄ue clarius lutescentibus. Ventris et lateribus et disco dense aciculato-punctulatis, cum meso- et metastethio nigro-fuscis; huius et ventris limbo obsolete brunnescenti; prostethio fusco-brunneo-marmorato; sulco ostiolorum ferruginescenti. Rostro pedibusque dilutius flavescentibus, femoribus apicem versus ferruginescenti-conspersis. Antennis plus minus sordide ferruginescentibus; articulo quinto basin versus albescenti. Dorso abdominis fusco.

♂: Margine postico segmenti genitalis late sinuato, in fundo illius sinus subtruncato.

Long. corp. 12—13 $\frac{1}{4}$  mm; lat. hum. 6 $\frac{1}{2}$ —6 $\frac{2}{3}$ , lat. max. abd. 6 $\frac{1}{5}$ —7 $\frac{1}{5}$  mm.

Tandjong (Sumatra orient., Fratres Siemssen legg. IX—XII 1893 (Mus. Hamburg)).

Practerea: Borneo orient.-merid. [Tandjong, F. Suck leg. (Mus. Hamburg) et coll. Breddin].

Angulis humeralibus angulariter prominulis marginibusque pronoti lateribus distincte sinuatis et subreflexis haec species a congenericis haud difficulter distinguitur.

✓ *Neodius* ✓ *Ellenriederi* n. spec.

*N. depresso* Ellenr. Breddin maior et distinctissime latior: pronoto convexiore; humeris haud vel vix prominulis et omnino rotundatis; margine laterali sublaminato, antice latius, postice anguste reflexo, subrecto, ante medium leviter rotundato; margine antico capite non multo latiore idque utrumque paulo superante, parte postea oculos sita suboblique sinuato-frumcata, oculorum margini postico parallelo eumque subtangente, margine igitur laterali corporis inter oculum et pronotum haud vel leviter angulariter inciso.

Stett. entomol. Zeit. 1900.

Capitis parte anteculari quam in *N. depresso* ~~in~~ *anteculari*

ante oculos multo levius atque obsolete sinuata, antrosum latius rotundata. Iugis, ut in illa specie, tylum multo superantibus sed totis distantibus. Scutelli apice paulo latiore. Membranae venis, numero sat variabilibus (5—9), in nullo, quod quidem viderim, specimine areolam basalem efficientibus.

Corpore supra sordide subferrugineo-fulvo, dense fusco-punctulato, vel punctis plus minusve confluentibus corporeque ob eam causam plus minusve brunneo-fusco vel dilute piccescenti, rugulis numerosis transversalibus fulvescentibus in pronoto scutelloque intermixtis. Punctis pronoti densius et magis aequaliter quam in *N. depresso* dispositis. Linea mediana fulvescenti pronoti et scutelli obsolete sinuata; lituris clavi coriique obsolete. Puncto utrumque basali vel nonnunquam striola longitudinali scutelli et nonnunquam etiam utrumque callulo punctiformi discali pronoti flavescentibus. Membrana dilute et sat sordide flava, venis fusciscentibus. Ventre aciculato-punctulato, nitidulo, limbo sericeo subopaco. Ventris disco, area evaporativa nec non meso- et prosterno nigro-piccis vel nigris; reliquo pectore dense ventrisque lateribus multo remotius flavo-marmoratis; limbo ipso extraspiraculari cum connexivo obsolete brunnescenti-fusco. Apice sulci ostiolarii, carina mesosternali, rostro, pedibus antennisque subferruginescenti-luteis; his apicem versus infuscatis, articuli quinti dimidio basali albido. Femoribus apicem versus, tibiis antenarumque articulis 1—3 obsolete ferrugineo-consersulis, nonnunquam fere totis sordide brunnescentibus. Dorso abdominis nigro-fusco.

♂: Margine apicali segmenti genitalis fere ut in *N. depresso* sinuato.

Long. corp. cum memb. ♂: 12 $\frac{1}{2}$ , ♀: 14 mm; lat. hum. 6 $\frac{3}{4}$  (♂)—7 $\frac{1}{2}$  mm (♀); lat. max. abd. 7 $\frac{1}{4}$  (♂)—8 mm (♀).

Soekaranda (m. Januario).

[Practerea: Java occid. (Pengalengan, 4000 pedes. leg. Frubstorfer, coll. Breddin].

Stett. entomol. Zeit. 1900.

✓\**Neodius Dohrni* n. spec.

Statura ceterisque cum *N. depresso* aptissime comparandus. pronoto transversaliter paulo magis convexo. abdomine, ut videtur, proportionaliter nonnihil magis dilatato. pronoto antrorsum minus distincte angustato. marginibus lateralibus subrectis; pronoti margine antico, ut in *N. depresso*, caput utrimque sensim superante, pone oculos recte truncato margineque laterali corporis et hic quoque inter oculum pronotique marginem anticum angulariter inciso; angulis humeralibus sensim reflexo-marginatis, parum prominulis, subrectangularibus. Capite fere ut in *N. depresso* formato et margine partis anteoecularis eodem modo arcuato, tamen iugis ante tylum profunde inclusum distincte et sat longe contiguis margineque apicali medio angulariter inciso. Antennis quam in *N. depresso* nonnihil brevioribus, pilosulis. Punctura fusca praesertim pronoti posterioris et baseos scutelli distinctissime remotiore quam in *N. depresso* et *N. Ellenriederi*. Linea mediana corporis superioris (et capitis quoque!) liturisque hemelytrorum distinctis. Corpore superiore subopaco dilutiore atque magis in ferrugineo-brunneum vergente quam in *N. depresso*. Membrana abdominis apicem haud superante, subsordide flavescenti, venis fuscis plerisque ex areola basali transversali decurrentibus. Ventre cum pro- et mesosterno piceo-fuscis, pectoris lateribus cum area evaporativa ventrisque disco medio basali (hoc obsoletius) sordide ferruginescenti-marmoratis; ventris limbo extraspiraculari cum connexivo fusco-brunneo vel sordidissime ferrugineo, fusco-punctulato. Pedibus, rostro, antennis sordide fulvo-luteis, distinctissime et fere ubique fuscescenti-conspersulis; antennarum articulo quarto fere toto articuloque quinti albidi parte tertia apicali griseo-fuscis. Dorso abdominis piceo-fusco.

♂: Margine apicali segmenti genitalis medio profunde et sat late in formam quadri rectangularis — (nec obtrapezoidaliter!) exciso; lobis lateralibus maiusculis, orbiculariter rotundatis.

Long. corp. 12 mm; lat. hum.  $6\frac{2}{5}$ ; lat. max. abd.  $7\frac{1}{5}$  mm.

Soekaranda (unicum specimen).

Stett. entomol. Zeit. 1900.

A *N. depresso* et *Ellenriederi* forma segmenti genitalis masculini facillime distinguitur.

✓\**Neodius Schultheissi*<sup>1)</sup> n. spec.

*N. depresso* similis, eo tamen distinctissime minor et gracilior, multo dilutius et clarius coloratus; supra plus minusve dilute testaceo-flavescens, fusco-punctulatus; punctis pronoti et scutelli hic quam in *N. depresso* paulo remotius positus neque unquam confluentibus. Linea mediana corporis superioris (in pronoto et praesertim in capite interdum obsoletiore) venisque hemelytrorum impunctatis et dilutioribus. Capite latitudini suae interoculari cum altero oculo aequilongo et quam pronoto distincte brevior (2 : 3). supra plano. marginibus leviter reflexis, ante oculos dente omnino destitutis, paulo profundius quam in *N. depresso* sinuatis, ante sinus ipsos breviter subparallelis, apicem versus subrotundato-angustatis. Jugis tylo distincte longioribus et ante eum nunc contiguis nunc subcontiguis. Pronoti angulis humeralibus haud vel vix prominentibus, postice angulum subobsoletum formantibus; marginibus lateralibus fere omnino rectis, sat anguste reflexis; margine antico capite cum oculis latiore, pone oculos fere recte truncato. extus denticulo obsoleto armato, marginibus igitur corporis inter oculos et pronoti marginem anticum angulariter incisis. Scutelli parte postfrenali quam in *N. depresso* paulo graciliore, retrorsum valde angustato, apice subangulariter-corrotundato. Abdomine hemelytra clausa utrimque paulo tantum superante, quam latitudine humerali vix latiore. Corpore inferiore cum area evaporativa ferruginescenti-luteo, fusco-punctato; mesosterno et ventre piceo-fuscis, hoc nonnunquam minute flavescenti-marmorato et in disco medio plus minusve in ferrugineo-flavum transeunte. Margine exteriori metastethii, limbo extraspiraculari ventris intus integro (nec, ut in quibusdam speciebus, sinuato)

<sup>1)</sup> In memoriam Dom. Benjamin Schultheiss, nuper defuncti, disciplinae nostrae studiosissimi, qui medicus Sumatram pervagans de cognitione faunae entomologicae illius insulae optime meruit.

segmentisque genitalibus lacte lutescentibus. Ventris limbo interdum obsolete ferrugineo-conspersulo; segmento genitali masculino fusco-punctato. Suleis pseudoineisuralibus segmentorum ventralium nigris, extus in punctum rotundatum exeuntibus. Suleo ostiolario, pedibus, rostro, antennis subferruginescenti-luteis; harum articulo apicali dilute fusciscenti, basi luteo-albo; pedibus minutissime et sat obsolete ferrugineo-conspersulis. Membrana subsordide hyalina; angulo basali concolori vel sutura tantum fuscescenti; venis fusco-griseis, areolam basalem haud efficientibus. Dorsio abdominis rufo-ferrugineo, disco fusciscenti, vel omnino fusciscenti, connexivo ferrugineo-luteo.

♂: Segmento genitali late et profunde trapezoidaliter inciso; marginibus interioribus loborum lateralium subrotundatis.

Long. corp. cum memb.  $10\frac{1}{2}$  --  $11\frac{1}{2}$  mm; lat. hum.  $5\frac{1}{2}$  -- 6. lat. max. abd.  $5\frac{2}{3}$  --  $6\frac{1}{4}$  mm.

Tebing-Tinggi (Sumatra sept.-orient. 10. VIII. 84 Schultheiss leg.); Tandjoeng (Morawa, idem legit); Indrapura Estate (Deli, Sumatra orient., fratres Siemssen legg., mus. Hamburg).

A *N. depresso* statura minore et angustiore ventreque plus minusve lacte luteo-limbato facile distinguendus.

✓✓ *Cappaea taprobanensis* Dall.

Soekaranda (m. Januario).

✓✓ \* *Halyomorpha pieus* Fab.

Soekaranda (m. Januario).

✓✓ \* *Halyomorpha ornativentris* n. spec.

Capite latitudine suae cum oculis aequilongo; ante oculos sat gracilliter sinuato-angustato, sat longe fere aequilato, apice subsemicirculariter corrotundato. Pronoto capiti aequilongo et quam latitudine sua humerali plus quam duplo brevior (2 : 5). Humeris prominulis, abdominis latitudinem utrimque vix superantibus, rectangularibus; marginibus antero-lateralibus inter angulum

humeralem et dentem collarem leviter lateque sinuatis, anguste (antice etiam angustissime) filiformiter reflexis. Abdomine quam hemelytris clausis vix latiore; angulis apicalibus segmentorum acutiuscule prominulis. Antennis gracilibus; articulo primo apicem capitis haud attingente; articulis secundo tertioque et iterum quarto quintoque inter se aequilongis vel subaequilongis. Tibiis anticis apicem versus levissime dilatatis. Rostro segmenti tertii ventralis medium attingente vel subsuperante; articulis secundo tertioque aequilongis.

Supra plus minusve dilute picca vel castanea, rugulis et maculis glabris lutescentibus hic illic marmorata, praesertim macula orbitali verticis, maculis compluribus basalibus capitis superioris, linea tenui mediana pronoti, angulis imis humeralibus maculaque corii ad apicem rimulae intus posita semper lutescentibus. Scutelli apice late maculaque minuscula semilunaria utrimque in angulis basalibus posita lacte luteis. Corpore superiore, his maculis glabris exceptis, nigro-punctato; punctis praesertim in capite et pronoti regione cicatrici in maculas diffusas subaenescences coacervatis. Corpore inferiore cum pedibus, rostro, antennis lacte flavo-luteo, in capite inferiore et pectoris lateribus sat fortiter, in ventre latera versus subtiliter et subobsolete punctato. Corpore inferiore utrimque vitta marginali, a rostri basi usque ad anum perducta, sat lata (in pectore latissima), ex punctis et atomis fuscis confluentibus composita et hic illic (praesertim in pectore) lacte viridi-metallescenti ornato. Macula utrimque prostethii ad marginum lateralium medium posita maculisque marginalibus ventris semiorbicularibus segmentorum connexivalium supra subtasque lacte flavis, impunctatis. Macula maiuscula segmenti ventralis septimi spiraculis, rostri articulo apicali articularumque secundi tertiique linea mediana inferiore, tibiis tarsisque apicem versus, antennarum articulo quarto toto quintoque (huius basi late albescenti excepta) nigris vel nigrescentibus. Articulis tribus basalibus antennarum femorumque parte apicali cum ima basi tibiaram nigro-

conspersis, ventris disco et femorum dimidio basali remote sanguineo-conspersis. Membrana sordide flavescenti; macula maiuscula obscura anguli basalis interioris, serie semiorbiculariter curvata macularum discalium in venis postlarum limboque subdiluto exteriori et apicali cum venarum extremitatibus adjacentibus picis vel picescensibus. Dorsio abdominis picco, leviter violaceo-micante, circa apicem scutelli lutescenti. Alis subsordide hyalinis, apice et venis fusciscentibus.

♂: Segmento genitali (in specimine unico masculino, quod vidi, nonnihil dislocato) apice late et sat profunde sinuato.

Long. corp. cum memb.  $11\frac{1}{2}$ —14 mm; lat. hum.  $6\frac{1}{4}$ — $7\frac{1}{4}$  mm.

Soekaranda (m. Januario).

Species scutello trimaculato, ventris lateribus ut in *Dalpadis* quibusdam decoratis inter congenericas egregia; habitu notisque quibusdam aliis *Tolumniae* nonnihil admovent. Occurrit etiam in insula Borneo.<sup>1)</sup>

✓✓ *Tolumnia trinotata* Westw.

Soekaranda (m. Januario).

[Praeterea etiam Malacca (Perak!).]

✓✓ *Tolumnia latipes* Dall. var.

In speciminibus, quae vidi, sumatranis genicula tantum postica tibiisque posticarum et anticarum apices nigra sunt. Antennarum articulo primo luteo, extus linea nigra notato. Tibiis anticis anguste dilatatis.

Praeter has notas haec specimina a *T. trinotata* Westw. affinisima vix distinguuntur.

Soekaranda (m. Januario).

<sup>1)</sup> Specimen unicum sumatranum (Soekaranda, m. Januario) aliudque e Borneo merid. orient, reportatum tibiis apice concoloribus, femoribus apice raro-guttatis ventreque vitta marginali omnino destituto differunt. Segmento genitali maris, ni fallor, angustius et profundius atque subapertangulariter sinuato. Species verisimiliter distincta.

✓✓ \* *Aeschrocoris nodiventris* n. spec.

Oculis mediocribus, sat prominentibus globosis. Capite ante oculos paulatim angustatulo; iugis tylum includentibus et ante eum longe configuis, extus ante apicem tuberculo acute conico extrorsum vergente armatis, ante haec tubercula spiniformia valde declivibus et subito sinuato-angustatis. Bucculis percurrentibus, sat elevatis, apicem versus angulum apertum efficientibus. Scrobiculis antennarum in inferiore parte capitis positae, postice et intus tuberculo elongato subobliquo ocellis. Angulis humeralibus pronoti in processus horizontales sat validos in apicem gracillimum subito constrictos extrorsum et paulo antorsum vergentes exeuntibus. Scutello quam duobus tertiis abdominis paulo brevior, in angulis basalibus utrimque impressione longitudinali nigra, in apice medio nodulo glabro instructo. Abdominis margine nodulis paulo maioribus et minoribus alternantibus armato. Rostro coxas posticas paulo superante, articulo primo pone bucculas vix extenso. Ventris basi haud vel indistinctissime sulcato; segmento tertio prope marginem posticum in utroque sexu tuberculis duobus submedianis nodiformibus distinctissimis armato. Antennarum articulo primo apicem capitis haud attingente, valde extrorsum excurvato; articulis secundo tertioque acquilongis; quarto quam tertio sensim longiore, quam quinto multo brevior.

Lacte subferrugineo-flavus, rube nigropunctatus, callis rugositatibusque numerosis intermixtis; processu humerali supra, fascia diffusa interhumerali carinulaque mediana pronoti anterioris impunctatis vel subimpunctatis; punctura partis anterioris pronoti densiore magisque in maculas vel nebulas confluenta. Capite supra subtusque, processuum humeralium apice imo marginibusque anteriore et posteriore cum tota eorum facie inferiore, impressionibus basalibus scutelli, pectore (hoc latera versus flavo-marmorato), ventris disco, eiusdem segmento septimo fere toto, connexivo ventrisque margine extraspiculi (nodulis marginalibus maioribus exceptis), rostri articulo basali, coxis, trochanteribus, femoribus tibiisque basi nigris. Harum annulo postmediano

et apice imo, tarsis apicem versus, antennarum articuli primi apice imo, articulo quarto (basi excepta) quintoque piecis. Ventris lateribus nigro-marmoratis. Macula laterali metapleurorum subpunctiformi glaberrima noduloque apicali scutelli lacte luteis. Membram ferrugineo-grisea, fusco-reticulata. Femoribus posterioribus interdum obsolete ferrugineo-annulatis.

Long. corp. 5—7 mm; lat. hum. 4½—6 mm.

Soekaranda (m. Januario).

(Occurrit etiam in Java orient. (Tengger Montes, Fruhstorfer leg., coll. mea).

*A. testudinario* Walk praesertim capitis structura affinis et forte similis; differt tamen ab hoc aliisque congenericis proportionibus articuloꝝ antennalium omnino aliis. Nodis duobus discalibus ventris valde singularis.

#### ✓✓ *Eusarcoris bovillus* Dall.?

Cum hac specie coniungo, quamquam non sine magna dubitatione, speciem in insulis Java et Sumatra rarius obviam:

Capite trapezoidali, ab oculis usque ad apicem distinctissime angustato, apice sat graciliter rotundato, integro. Pronoti angulis humeralibus subacutis, modice prominentibus, angulum 50—60° exhibentibus; margine postico huius processus quam margine postero-laterali adiacente duplo brevior; ruga marginis antero-lateralis glabra distinctissima. Scutello fere per tres partes quartas dorsum abdominis extenso; marginibus lateralibus circa apicem partis tertiae basalis obsolete et late sinuatis. Tibiis posticis leviter curvatis vel, si vis, levissime S-formibus. Antennarum articulo secundo quam tertio paululo brevior vel eo subaequilongo.

Species sat glabra atque nitidula, quam *E. guttigeri* Thunb. distincte glabriore, minus fortiter minusque dense punctata. Fascia pronoti interhumerali sparsim punctata lutea conspicillari (i. e. maculam utrimque rotundatam fuscescenscentem includente) in nullo, quod examinavi, specimine deficiente (quae fascia, quamquam

obsolete fuscescenscenti notato. Pectore cum scutello concolori, latera versus fusco-nebuloso.

His plerisque notis ceterisque omnibus cum diagnosi Dallasi species nostra congruit.

Soekaranda (m. Januario) [praeterea Java (1)].

#### ✓✓ *Eusarcoris capreolus* n. spec.

Capite ante oculos utrimque sinuato, ante sinum acquilato, apice truncato, inter tylum et iuga incisulo. Angulis humeralibus pronoti spiniformiter prominentibus, acutissimis, angulum fere 40° efficientibus, apice levissime recurvatis; margine postico processus quam margine adiacente pronoti postero-laterali non multo brevior. Ruga marginali pronoti angustissima. Scutello quam latitudine sua basali subbrevior, per duas fere partes tertias abdominis extenso; marginibus lateralibus ante medium vix sinuatis. Tibiis posticis in utroque sexu rectis. Antennarum articulo secundo quam tertio nonnihil brevior.

Corpore griseo-luteo, punctis nigris subtiliusculis consperso, laud rugoso, submetallescenscenti-nitido. Capite dense punctulato, pronoti macula utrimque circa cicatrices posita, eiusdem marginibus antero-lateralibus et processu humerali spiniformi, capite inferiore, pectoris lateribus ventraeque aeneo-nigris; huius limbo modice lato cum adiacenti angulo postico metastethii et segmentis genitalibus, rostro (huius apice nigrescenscenti excepto), pedibus, antennis, ruga angustissima marginali pronoti, corii margine costali cum epipleuris lineaque mediana capitis (raro obsolete) flavo-luteis. Antennarum articulo ultimo vel duobus ultimis apicem versus brunnescenscentibus; femoribus tibiisque nigro-conspersis. Ventris spiraculis maculisque minusculis marginalibus in incisuris positus nigris. Macula utrimque sat magna rotundata angulorum basaliū scutelli albo-lutea; maculula obsolete in eiusdem apice medio posita fuscescenscenti. Membrana sordide et dilute ferruginescenscenti, apicem versus dilutior.

Colore pronoti posterioris et scutelli saepe in dilute piceum transeunte.

♂: Segmento genitali apice medio sat profunde semicirculariter exciso.

Long. corp.  $4\frac{1}{2}$ — $5\frac{1}{2}$  mm. lat. hum.  $4\frac{3}{4}$ —5 mm.

Soekaranda (m. Januario).

*E. bovillo* Dall.? simillima; differt forma capitis, scutello distinctissime brevior, humeris acutioribus, ruga marginali pronoti angustissima et subobsoleta pleurisque plus minusve aenescenti-nigris. Pronoto in omnibus, quae vidi, speciminibus (6) fascia interhumerali conspicilliformi destituta.

✓✓ *Eusarcoris ventralis* Westw.

Soekaranda (m. Januario), Liangagas.

✓✓ *Eusarcoris obscurus* Voll.

Soekaranda (m. Januario).

✓✓ *Carbula haematica* Voll.

Sinabong, Bekantiang.

✓✓ *Carbula triabifera* n. spec.

*C. trinotatae* H.-S. javanae simillima; facile distinguitur corpore semper maiore, spinis humeralibus multo longioribus, acutissimis, longe extrorsum et sat antrorsum productis, capite paulo longiore atque graciliore, antennis longioribus, colore corporis superioris multo obscuriore, in capite, pronoto, scutello (huius maculis tribus typicis et pronoti marginibus antero-lateralibus glabris flavis exceptis) nigro-piceo, in hemelytris dilutius piceo, extus nigrescenti; punctis corporis inferioris multo maioribus, distinctissimis.

Long. corp.  $7\frac{3}{4}$ —9, cum memb. 9— $9\frac{1}{2}$  mm; lat. hum. cum spinis  $7\frac{1}{2}$ —8 mm.

Permulta specimina vidi omnino congruentia. *C. trinotata* vera in collectionibus, quas vidi, sat raro occurrit.

Stett. entomol. Zeit., 1900.

Soekaranda (m. Januario). [Invenitur etiam in Malacca (Perak!) et in ins. Banguey (!)].

✓✓ *Agonoscelis nubila* Fab.

Soekaranda (m. Januario).

✓✓ *Agaeus metallicus* n. spec.

Corpore elongato, infra modice transversaliter convexo, supra planiusculo, scutelli basi pronotique area posteriore modice convexis; huius parte minore anteriore depressa cum capite subhorizontali. Capite elongato et sat magno, latitudine frontis cum oculis multo, longitudine mediana pronoti nonnihil longiore. Marginibus partis anteoecularis longe subrectis, paulatim convergentibus, mox ante apicem subito valde convergentibus; tylo iugorum apices distinctissime superante. Ocellis sat magnis, ab oculis medioecibus vix minus quam a linea ficta mediana distantibus. Pronoto longitudine sua mediana plus quam duplo latiore (8 : 3). Humeris rectangulariter sensim prominulis; parte antehumerali in medio vel ante medium subconstricta, praesertim marginibus antero-lateralibus apertangulariter sinuatis, inter sinum et apicem humeralem subrectis et valde divergentibus, ante sinum rotundatis; marginibus postero-lateralibus mox pone humeros leniter rotundatis, tum subrectis; margine postico leviter lateque sinuato; angulis posticis rotundato-deletis. Pronoti carina mediana distincta, pone depressionem stricturae incipiente; marginibus postico et postero-lateralibus levissime, antico et praesertim antero-lateralibus distinctius reflexis et glabris; his obsolete emorso-crenulatis, antice utrinque dente vel lobulo subobtusato, extrorsum vergente oculosque haud vel vix superante, armatis. Scutello latitudine sua basali multo longiore, gracili, praesertim parte postfrenali angusta et sat longe producta; parte basali convexa late triangulari in carinam fortem, ante apicem scutelli evanescentem, excusate. Hemelytris clausis abdomine paulo angustioribus; membrana apicem abdominis vix superante. Bucculis pereurrentibus, postice humilibus, antice subtus angulum distincte apertum exhibentibus. Rostro

Stett. entomol. Zeit., 1900.

gracillimo, segmenti quinti ventralis medium attingente vel etiam superante; articulo primo basin capitis attingente, articulo secundo tertio paullo longiore, quarto tertio sensim brevior (3 : 4, vel 4 : 5). Ventre sat late et profunde sulcato, sulco in segmento sexto evanescente; segmentorum angulis apicalibus rectangulariter prominulis, inermibus. Pedibus gracilibus; tibiis distincte sulcatis, his sulcis apicem versus profundioribus latioribusque. Antennarum gracilium articulo primo cylindrico sat brevi capitisque apicem haud attingente; articulo secundo tertio distincte brevior (3 : 5); hoc et quarto aequilongis; quinto secundo paullo longiore. Corpore fere ubique punctato: pronoto, scutelli elevatione basali pectoreque fere toto sat fortiter et confertim, capite superiore et connexivo paullo subtilius et densius, hemelytris multo subtilius et, saltem in disco corii, remotius punctatis; scutelli parte apicali (carina glabra excepta) rude ruguloso-punctata; ventris lateribus hic illic subtilissime et obsolete punctulatis.

Corpore superiore fusco vel fusco-brunneo, punctis lacte viridi-metallicis ornato et fere ubique praesertim autem ad latera capitis versus, in humeris et in tota parte coriacea hemelytrorum pulchre viridi-metallico-induto. Capitis marginibus summis, pronoti marginibus reflexis (marginibus humeralibus metallescensibus exceptis), eiusdem pronoti utrimque litura angusta triinfracta, litteram W imitante, scutelli marginibus angustis lateralibus et apicalibus, corii limbis angustissimis membranuli et costali, maculis connexivi in medio segmentorum singulorum positae et extus dilatatae, capitis inferioris marginibus, prostethii margine exteriori (ante humeros interrupto) et antico (hoc saltem latera versus), acetabulis, epipleuris ventraeque fere toto plus minus lacte sanguineis. Capitis linea mediana, scutelli carina coriique fascia obsoleteuscula, subelevata, ab apice rimulae usque in angulum apicalem interiorem corii ducta, plus minus sordide rufobrunneis. Capite inferiore circa, et pone tuberculum antennalem, pectoris lateribus maximam partem, epipleurarum macula basali, ventris maculis magnis rotundatis intus spiracula positae aliisque

Stett. entomol. Zeit., 1900.

subtriangularibus submarginalibus, incisuras occupantibus et secundum incisuras introrsum plus minusve longe productis, lacte viridi-metallicis. Capitis inferioris vitta utrimque bucculas extus sequente, buccularum fusciscentium marginibus, sternis, pro-meso- et metastethii marginibus posticis vittulisque quibusdam angustis arearum scapularium, rugis caudalem evaporativam includentibus, coxis, trochanteribus, femoribus, tibiarum maxima parte basali rostrique articulis primo, secundo, tertio dilute luteis. Antennis, rostri latere pectorali marginibusque fissurae articuloque quarto toto, femorum lineis quatuor (duabus superioribus, duabus inferioribus), tibiarum lineis tribus basalibus (duabus inferioribus nonnunquam confluentibus brevioribus, una diluta superiore plus minusve longe extensa) earundemque parte plus quam tertia apicali cum tarsis et unguiculorum flavescensium apicibus fusco-nigris vel nigris. Membrana dilute lutescenti-ferruginea, marginibus paullo obscurioribus. Alis infuscatis parte basali sat late lacte sanguinea, vena principali saturate rubra, venis reliquis fuscis. Dorsum abdominis sanguineo, violaceo-metallescente, segmentulo anali fusciscente.

♀. Apparatus genitalis parte basali perpendiculari, valvulis apicalibus subhorizontalibus. Fissura vaginali squama transversali, obtuse triangulari, perpendiculari et, ut videtur, mobiliter affixa semiobtectae; valvulis basalibus minusculis, rotundatis, apice inter se longe distantibus; harum marginibus exterioribus dilatatione angustiuscula segmenti ventralis septimi obtectis. Valvulis apicalibus exterioribus in apicem obtusatum exeuntibus; margine exteriori rotundato. Valvulis apicalibus interioribus angustiusculis, sat longe et fere aequabiliter inter se distantibus.

Long. corp.  $18\frac{3}{4}$ , cum memb. 19 mm; lat. hum.  $8\frac{1}{2}$  mm.

1 ♀. Liangagas.

Differt hic primus *Agaeus* in archipelago indico inventus a congenericis ex India continentali descriptis (*Ag. tessellato* Dall. et *mimo* Dist.) magnitudine minore, rostro, ut videtur, nullo

Stett. entomol. Zeit., 1900.



longiore coloribusque, praesertim corporis superioris fere ubique viridi-metallici.

✓ *Cinxia limbata* Fab.

Soekaranda (m. Januario), Liangagas.

✓ *Strachia crucigera* Hahn.

Soekaranda (m. Januario).

✓ *Hoplistodera testacea* Westw.

Soekaranda (m. Januario).

✓ *Catacanthus incarnatus* Drury.

✓ var. *aurantius* Sulz.

Soekaranda (m. Januario).

✓ *Hyrmine chlorina* Stål.

Soekaranda (m. Januario); Liangagas; Deli (W. Burchard leg., Mus. Hamburg.).

[Praeterea etiam Java (!)].

✓ *Hyrmine minor* n. spec.

Corpus ovale, supra sat convexum. Caput pronoti longitudine mediana valde brevius (fere = 2 : 3), supra planum, ante oculos leviter sinuatum, tum antrorsum distincte angustatum, antice corrotundatum, apice ipso subtruncato. Tylo subaequilate percurrente, iugis haud nisi levissime brevioribus. Pronoto latitudine sua humerali multo brevioribus (3 : 7); humeris rotundatis, abdominis basin utrimque haud vel vix superantibus; marginibus antero-lateralibus rectis, his et praesertim margine antico leviter reflexis. Scutello latitudine sua basali paullo longiore; parte postfrenali sat lata, rotundata, ante apicem utrimque levissime depressa. Hemelytris clausis abdomine vix angustioribus. Sutura membranacae rotundata, angulo apicali exteriori corii haud retrorsum producta. Membrana abdominis apicem (in mare saltem) longe superante, venas sat multas a vena incurva subbasali decurrentes simplices exhibente. Mesosterno carina mediana filiformi distinctissima

Stell. entomol. Zeit. 1900.

instructo; metasterno plano, marginibus paullo reflexis incluso. Mesostethii angulis basalibus distinctissime triangulariter retrorsum productis. Ruga orificiali longissima; area evaporativa extus oblique retrorsum sinuato-truncata. Ventris basi media sat obsolete tuberculata; angulis apicalibus segmentorum abdominalium vix prominulis, haud nisi minutissime spinulosis. Antennarum articulo basali capitis apicem subaequante, articulo secundo tertio subaequilongo vel parum brevioribus, tertio quarto distincte brevioribus (fere = 2 : 3), articulis apicalibus fere aequilongis. Rostro segmentum tertium ventrale subsuperante; articulo primo bucculis modice elevatis aequilongo, articulis duobus apicalibus subaequilongis, his singulis articulo secundo parum brevioribus. Tibiis supra late furcatis, posticis leviter sursum excurvatis. Supra remote et sat obsolete (in corio paullo rarius et densius) punctata, pectore hic illic punctulato, abdomine sat subtiliter aciculato-punctato; scutelli apice, pronoti regione cicatricali nec non capite supra fere toto impunctatis, hoc rugulis subtilibus maculisque obsolete tribus occipitis ex punctulis confertissimis formatis notato.

Coerulescenti-viridis<sup>1)</sup>. Pronoti parte posthumerali, antrorsum inter humeros recte truncata, clavo, corio fere toto (huius area tantum marginali, usque ad rimulam et corii venam principalem extensa, excepta), scutelli macula utrimque marginali semiorbiculari ante apicem sita, capitis inferioris lineola ante-oculari, antennis, pedibus (coxis exceptis) rostrique apice nigris. Ventre (margine segmentoque genitali exceptis) sordide brunnescente vel violacescente (an decolorato?). Membrana nigro-fusca, marginibus vix dilutioribus. Alis subvitreis, apice fumigatis, venis fuscis. Abdominis dorso nigro-violaceo. Tibiis apicem versus pilositate densissima subaequantia, tarsis subtus segmentique genitalis margine pilis lutescentibus vestitis.

♂. Segmento genitali subhorizontali et postice modice profunde sinuato.

<sup>1)</sup> Alterum specimen dilute violaceum: an subimmutatum?

Long. corp. 9—9 $\frac{1}{2}$ . cum memb. 10—10 $\frac{2}{3}$  mm; lat. hum. 6 $\frac{2}{3}$  mm.

2 ♂♂. Soekaranda (Januar 1874).

Facile distinguitur haec pulchra species a *Hyrmene chlorina* Stål. cui similis, statura minore, capite antorsum paullo minus angustato, apice truncatulo, toto unicolori, pronoti tota parte posthumerali antorsum recte truncata nigra coriique tantum area marginali viridi et, ut videtur, corii angulo apicali retrorsum haud producto.

✓ *Nezara viridula* Lin.

✓ var. *torquata* et *amaragdula*.

Soekaranda (m. Januario).

✓ *Anaca florens* Walk.

Color nonnunquam in sordide luteum perditus.

Soekaranda (m. Januario).

✓ *Plautia fimbriata* Fab.

Soekaranda (m. Januario).

✓\* *Zangis subpunctata* Walk. Dist.

*Z. melanosticta* Voll. sec. dom. Distant.

Capite ante oculos leviter sinuato, tum antorsum sat gracilliter angustato, apice corrotundato, supra antice subtiliter strigoso, occipite subtilissime punctulato, lineis sex longitudinalibus punctorum maiorum punctisque paucis sparsis distinctioribus. Pronoti marginibus antero-lateralibus anguste filiformiter elevatis usque ad humeros, abdominis basin utrimque haud vel vix superantes, rectilincis. Pronoto (limbo antero-laterali margineque antico levissime elevato exceptis) scutelloque subtiliter at densissime subruguloso-punctatis; hemelytrorum parte coriacea punctis distincte maioribus notata, huius margine anguste costali glabro. Punctis distincte maioribus in pronoto et scutello illis punctulis passim intermixtis, circa cicatrices (ipsas impunctatas) confuse coacervatis.

Stell. entomol. Zeit. 1900.

His punctis maioribus et punctis discalibus corii (his tamen obsoletissime) imo fundo nigris vel fuscis (quod acere distinguitur in speciminibus paullo obscurius coloratis). Pectoris lateribus (arcis evaporativis exceptis) dense et modice subtiliter punctatis; ventre dense vermiculato-aciculato, medio longitrorsum glabro. Mesosterni carina distinctissima, sublaminiiformi, coxis tamen nusquam altiore metasternoque elevato per totam suam longitudinem fere aequialta, fere inter coxas anticas ipsas antorsum rotundato-accliva. Ventris basi breviter acuminata inter coxas posticas vix producta ibique metasterni discum elevatum arte tangente. Rostro segmenti tertii ventralis medium vix superante, articulo secundo tertio paullo, hoc iterum quarto distincte (3 : 2) longiore. Antennarum articulo secundo tertio distinctissime brevior. Tibiis posticis leviter sursum excurvatis.

Nitida, plus minus lacte viridis: apice articuli tertii antennarum (articuli apicales in speciminibus, quae vidi, mutili sunt aut deformati), rostri apice imo, unguiculorum apicibus, angulis apicalibus segmentorum abdominalium macululaque vel umbra marginali mox ante apicem scutelli sita nigris vel fuscis: margine imo scutelli pone has maculas vel umbras, margine angusto costali corii, stria intramarginali pronoti marginem antero-lateralem sequente nec non capitis marginibus dilute viridibus aut plus minus eburneis. Rostro, pectoris regione sternali ventrisque medio longitrorsum dilute luteis. Membrana alisque vitreis, abdominis dorso viridi.

Marem non vidi.

Long. corp. 14 $\frac{1}{2}$  (—15 $\frac{1}{4}$ ) mm; cum memb. 15 $\frac{1}{4}$  (—16 $\frac{2}{3}$ ) mm; lat. hum. 8 $\frac{2}{3}$  (—9 $\frac{1}{4}$ ) mm.

1 ♀. Soekaranda (Jan. 1894).

Coloribus et magnitudine omnino *Nezaram* imitatur; facile recognoscitur scutelli apice multo latiore metasternoque distincte elevato, ventris spina basali aequialta.

1) In feminis duabus iuvenis, quas examinavi.

Stell. entomol. Zeit. 1900.

✓✓ *Acrozangis* n. gen.

Corpore supra modice convexo, capite omnino plano, medioeri, tylo pereurrente, aequilato, ocellis oculis magnis sat appropinquatis. Pronoto transversaliter sexangulari; humeris distinctissime angulariter productis abdominisque basin utrimque superantibus. Marginibus antero-lateralibus rectis, obtusis, nec lineiformiter reflexis. Margine antico angusto leviter reflexo, linea subtili a corii disco separato. Marginibus postero-lateralibus leviter sinuatis; margine postico inter angulos pronoti posticos, rotundato-obtusos, late sinuato. Scutello subtriangulari, latitudine basali paullo longiore; frenis per plus quam partes tertias duas longitudinis scutelli continuatis; parte postfrenali modice lata, retrorsum a basi usque angustata, apice corrotundato. Hemelytris clausis abdomine paullo angustioribus; corii apice angulum fere 60 graduum exhibente scutellumque distinctissime superante; sutura membranali per totam partem anteriorem recta vel vix curvatula. Venis membranace sat numerosis simplicibus a vena recurvata subbasali decurrentibus. Abdomine fere a basi usque retrorsum sat graciliter angustato; angulis apicalibus segmentorum omnium distincte acute prominentibus, praesertim angulis segmenti septimi (in utroque sexu); his distincte rectis, apice acuto. Apparatu genitali feminae modice profunde in segmentum septimum ventrale immerso eique segmento medio aequilongo. Ventre plus minusve distincte (in mare, ut videtur, distinctius) longitrorsum subrectiformi-convexo, basi in spinam validam ac brevem, metasterni elevationem tangentem, producta. Hac elevatione late cariniformi, ventris spinac aequalta. Mesosterni carina laminiformi, postice crassiore, metasterni elevationem truncatam artissime tangente ibique metasterni altitudinem haud superante, antorsum valde descendente coxisque anticis multo altiore, ante easdem coxas usque ad marginem anticum prosterni producta prosternoque arte incumbente, antice subito rotundato-aecliva. Mesostethii angulo postico distincte retrorsum producto, eodem angulo in metastethio recto. Sulco ostiolorum in rugam longam exeunte; area evaporativa extus oblique retrorsum sinuato-

Stett. entomol. Zeit. 1900,

truncata. Tibiis supra anguste sulcatis. Bucculis modice elevatis, retrorsum paulatim evanescentibus. Rostris articulo primo capite inferiore parum brevior, articulo secundo tertio sublongiore compressiusculo, quarto tertio distinctissime brevior. Antennarum articulo primo capitis apicem haud vel vix attingente, secundo tertio distinctissime brevior, quarto et quinto subaequilongis. Corpore maximam partem viridi, supra, capite excepto, aequaliter punctato, inter cicatrices (ipsas impunctatas) et marginem antero-lateralem punctis compluribus rudibus, transversis, dense positis, notato. Ventre aciculato et nunc plus nunc minus distincte, punctato.

Genus *Zangi* Stål proximum; humeris distinctissime angulariter prominentibus, angulis apicalibus segmentorum abdominalium, praesertim septimi, acute prominulis, his distincte rectis (nec apertangularibus), marginibus antero-lateralibus pronoti omnino obtusatis nec lineiformiter reflexis, carina mesosternali alte elevata et usque ad marginem anticum prosterni extensa ventrisque lateribus nunc plus nunc minus distincte punctatis satis distinctum videtur esse.

✓✓\* *Acrozangis semipiasina* n. spec.

♀: Capite pronoti longitudine et frontis cum oculis latitudine brevior, ante oculos maiusculos sat graciliter angustato, marginibus subrectis, supra scrobes antennales vix sinuatis, apice corrotundato, supra ruguloso-strigato, punctulis crebris fere ubique intermixtis, his punctulis in occipite in lineas nonnullas longitudinales ordinatis. Pronoto medio latitudine humerali fere ter brevior, humeris in angulum acutum fere 75 vel 80 graduum productis, apice haud nisi levissime obtusatis; margine postico huius processus subsinuato, pronoti margine postero-laterali (ab ipso angulo costali corii usque ad infimum angulum basalem scutelli) fere ter brevior. Cicatricibus, stria marginem antero-lateralem pronoti intus sequente, processibus humeralibus antice,

Stett. entomol. Zeit. 1900.

postice et subhis prostethiique marginibus exterioribus impunctatis. Reliquis pectoris lateribus (arcis evaporativis exceptis) et capite inferiore sat subtiliter punctatis. Ventris lateribus latissime aciculato-strigosulis, punctulis sat crebris obsoletiusculis intermixtis. Tibiis posticis levissimo sursum excurvatis. Rostro segmenti ventralis tertii apicem haud vel vix attingente, articulo quarto tertio fere tertia parte brevior. Antennarum articulo secundo tertio distincte brevior (2 : 3), hoc iterum quarto brevior (fere = 3 : 4).

Pulchre prasina, nitidiuscula. Capite supra pronotique parte antehumerali, postice leviter sinuata, eburneis, huius margine antero-laterali retrorsum angustato viridi excepto. Capite inferiore et ventris pectorisque medio longitrorsum (apice laminae mesosternalis viridi excepto) dilute viridescenti-luteis. Antennarum articulis tertio, quarto et quinto apicem versus latissime, capitis margine, capitis inferioris linea angusta longitudinali ante oculorum medium incipiente et supra scrobem antennalem continuata, labri linea mediana, pronoti punctis duobus impressis ciatricium marginem posticum tangentibus, linea intramarginali subobsoleta et mox abbreviata angulorum collarium, marginibus inuis processus humeralis, macula triangulari eiusdem processus ab apice humerali remota et cum eo linea coniuncta, angulis apicalibus segmentorum abdominalium, margine toto posteriore segmenti septimi connexivalis, abdominis segmenti analis disco, rostri apice imo dimidioque apicali unguiculorum nigris vel fuscis. Pronoti angulis humeralibus ante et pone maculam triangularum maculaque dilutiore capitis inferioris, anteoculari et lineis nigris inclusa roseis. Antennarum articulo secundo basin versus, ut videtur, leviter brunnescente; tarsorum apice infuscato. Valvularum genitalium exteriorum limbo interiore laete rubro. Membrana vitrea; macula anguli basalis interioris aliaque dilutiore in angulo exteriori oriente et oblique introrsum directa nec non apicibus venarum fusciscentibus. Alis cum venis hyalinis, apice fumigato, vena principali rubra. Dorso abdominis viridi, segmenti sexti disco lato, segmento septimo toto segmentique analis basi ipsa purpureo-rubris.

Stett. entomol. Zeit., 1900.

Long. corp.  $15\frac{1}{2}$ , cum memb. 16 mm; lat. hum. 10, circa abd. basin 9 mm.

1 ♀. Sockaranda (Jan. 1894).

\* \* \*

Aliud specimen masculinum differt statura parum minore, ventre distinctius punctato, abdominis dorso viridi, segmenti septimi margine lato apicali rufescenti-piceo, humeris haud roseo-luteis, ventris basi media brunnescente.

♂. Segmento genitali brevissimo, sulco transversali percurrente in duas areas segmentiformes diviso, area posteriore perpendiculariter erecta latera versus in laminulas sublobiformes dilatata, his lobulis extrorsum ab areae anterioris margine exteriori incisione angusta separatis.

Long. corp.  $12\frac{3}{4}$ , cum memb.  $13\frac{3}{4}$  mm; lat. hum.  $8\frac{1}{2}$ , circa abd. basin  $7\frac{1}{2}$  mm.

1 ♂. Sumatra (Mus. Reg. Dresd.).

Specificè ab *Aerozangi semiprasina* haud videtur differre.<sup>1)</sup>

*Aessula* n. gen. = *Utana*

Corpore supra modice convexo, ante humeros sat fortiter declivo. Capite supra plano, elongato, ante oculos maiusculos sat graciliter angustato, apice corrotundato. Tyloaequilato, percurrente, antice inter iuga paullo protuberante. Toto capite superiore usque in margines ipsos, distinctos at omnino non reflexos, rude punctato, punctis in occipite in lineas paucas longitudinales, subregulares ordinatis. Ocellis magnis oculis valde appropinquatis. Pronoti humeris in processus longos anguste angulares, acuminatos, horizontaliter extrorsum et haud vel vix antrorsum vergentes exeuntibus. Marginibus antero-lateralibus obtusis, leviter sinuatis; angulo collari denticulo conico, fere an-

<sup>1)</sup> Similis huic speciei forte est illa „*Cuspicana antica*“ Voll. iam dudum incertissima, quae tamen specificè vix cum nostra *Aeroz. semiprasina* congruit (capitis margines apicesque angulorum segmentalium abdominis in diagnosi non dicuntur nigri; patria „Hindostan“ fertur esse).

trorsum vergente armato. Margine antico vix elevato; marginibus postero-lateralibus subrectis; margine postico leviter sinuato; angulis posticis obsolete. Pronoti, antorsum valde convexo-declivi, parte antehumerali glabra, ante et extus cicatrices obsolete-simas fortiter punctata; parte posthumerali cum scutello clavoque corioque sat rude et dense punctata. Frenis per plus quam duas partes tertias scutelli extensis; parte postfrenali modice angusta, retrorsum marginibus rectilincis distinctissime angustata, apice sat subito corrotundato. Corio apicem scutelli distinctissime superante; sutura membranali recta; membrana venis sat numerosis, a vena subbasali recurvata decurrentibus, omnibus vel fere omnibus simplicibus instructa. Abdomine fere a basi usque retrorsum sensim angustato, vix vel leviter rotundato, hemelytris clausis nonnihil latiore. Angulis apicalibus segmentorum dentiformiter prominentibus, acutis, praesertim in segmento septimo. Ventre glaberrimo, vix aciculato-strigoso, in utroque sexu (in mare paullo distinctius) longitrorsum tectiformi-convexo, basi in spinam validam, sat brevem, metasterni elevationem tangentem producta. Hae elevatione late cariniformi, ventris spinae aequalita. Mesosterni carina lamini-formi, postice crassiore, metasterni elevationem truncatam artissime tangente ibique metasterno aequalita, antorsum leviter elevata coxisque anticis sensim altiore, inter coxas anticis producta, sterno arte incumbente, apice sat subito rotundato-aecliva. Mesostethii angulo postico distincte acutangulariter retrorsum producto, eodem angulo in metastethio fere recto. Sulco ostiorum in rugam longam angustato; area evaporativa extus oblique retrorsum sub-sinuato-truncata. Bucculis modice elevatis, retrorsum humilioribus et paullatim cyanescentibus. Rostro gracili; articulo primo bucculas haud vel vix superante, articulo secundo subcompresso articulo tertio parum brevior, quarto tertio multo brevior. Tibiis teretibus, supra angustissime sulcatis. Antennis gracilibus; articulo primo apicem capitis haud attingente, secundo tertio distincte brevior. Apparatu genitali feminae medioeri, segmento septimo ventrali medio parum brevior in eiusque sinum apicalem trapezoideum, modice

Stett, entomol. Zeit. 1900.

profundum immerso; valvulis basalibus, vaginam includentibus, latitudini suae basali aequilongis vel ea parum longioribus, postice oblique extrorsum retruncatis (nec transversalibus, postice recte truncatis, ut in *Zangi*, *Acrozangi* aliisque generibus); valvulis posticis exterioribus retrorsum in dentem anguliformem praecacutum exeuntibus. Corpore lutescente, supra maximam partem piceo-fusco.

Genus *Zangi* et *Acrozangi* affine; differt coloribus, pronoti angulis humeralibus longe cornutis, capite rude punctato, scutelli apice graciliore, subtriangulari, praeterea autem forma valvularum genitalium basaliu feminae et valvulis posticis exterioribus in eodem sexu dente armatis.

✓ *Nessula sponsa* n. spec.

Capite latitudine frontis cum oculis parum, longitudine mediana pronoti distincte brevior, ante oculos leviter lateque sinuato, deinde subgraciliter rotundato-angustato, supra punctato, punctis hic illic coarctatis; vittis duabus occipitis approximatis et linea punctorum sat regulari separatis maculaque obliqua marginem antero-interiorem oculorum sequente impunctatis. Processu humerali postice leviter sinuato ibique margine postero-laterali pronoti (ab ipso angulo costali corii usque ad intimum angulum basalem scutelli) paullulo longiore. Dimidio anteriore glabro pronoti punctis nonnullis maiuseulis et profundis sparso, praeterea serie duplici intramarginali marginis antici sat confusa medioque omnino interrupta punctorum fortium orbicularium serieque unica punctorum transversalium marginem antero-lateralem intus sequente et postice mox abbreviata notato. Pronoti dimidio basali (apicibus ipsis cornuum humeralium exceptis), scutello hemelytrorumque parte coriacea sat rude punctatis et hic illic levissime rugosis. Scutello latitudine sua basali paullo longiore; apice medio levissime longitrorsum impresso. Angulo apicali corii acuto fere 60 vel 70 graduum. Angulis apicalibus segmentorum abdominalium (secundi exceptis) acute prominentibus, angulo segmenti septimi acuto fere 80 graduum. Pectore (arcis evaporativis exceptis) hic rudius

Stett, entomol. Zeit. 1900.

illie subtilius punctato. Rostro segmenti quarti ventralis apicem superante vel subsuperante; articulo quarto tertio plus quam terlia parte brevior (3 : 5). Antennarum articulo tertio secundo fere quarta parte longiore; quarto omnium longissimo articulisque secundo et tertio simul sumptis haud ita multo brevior; quinto quarto paulo brevior.

Pulchre piceo-fusca, subaeneo-micans. Pronoti parte tota glabra antehumerali usque a linea subsinuata apices cornuum connectente et cornua ipsa fere dimidiante flavescenti-lutea. Corpore toto inferiore, epipleuris coriorum, pedibus, rostro, antennarum articulo primo, maculis semiorbicularibus singulis segmentorum connexivalium marginem medium occupantibus, macula angusta triangulari basali corii inter ramos basales rimulae posita, macula minuscula orbiculari ad apicem rimulae intus posita striolaque marginali utrimque prope scutelli apicem posita dilute-lutescentibus. Punctis dispersis pronoti anterioris, antennarum articuli primi linea interiore et exteriori, earundem articulis reliquis totis (apice imo articuli quinti leviter ferruginescente excepto), rostri apice, linea capitis inferioris mox ante oculos medios incipiente et supra tuberculos antennales continuata, punctis compluribus prostethii, maculis quibusdam minusculis meso- et metastethii, maculis marginalibus ventris in incisuris positis cum angulis apicalibus segmentorum, spiraculis, serie utrimque macularum transversalium intus spiracula positarum, valvulis genitalibus basilibus feminae intus margineque angusto apicali apparatus genitalis in eodem sexu nigris. Capite supra fusciscente, hic illie flavescenti-marmorato. Punctis impressis capitis, pronoti (dispersis areae antehumeralis exceptis), scutelli areaeque costalis corii pulchre viridi-metallescentibus; punctis capitis hic illie in maculas confluentibus. Ventris maculis punctisque dispersis pronoti anterioris saepe violacco-micantibus. Connexivo punctulato viridi-metallescente. Membrana obscure fumigata, ad apicem exteriorem macula decolori, introrsum oblique continuata, notata. Alis subsordidis, viridi-vel purpureo-iridescentibus, venis et parte

apicali exteriore circa venas apicales fuscis. Dorso abdominis lacte chalybaeo-metallico. Femoribus anticis semper vel fere semper, tibiis anticis plerumque guttulis nonnullis minutis, fuscis conspersis; femoribus posterioribus supra guttula unica subobsoleta fusciscente notatis.

♂. Segmento genitali sat parvo, oblique acclivo, latera versus sulco profundo sinuato transversaliter diviso, lobo ante sulcos sito valde depresso; segmenti parte media inter et pone sulcos producta retrorsum in apices duos subrectangulares prominente et inter illos processus sat profunde iterum fere rectangulariter incisa; marginibus incisurae callosis et reflexis. Basi media segmenti serie transversa densissima ciliarum recurvarum armata.

♀. Dente apicali valvularum posticarum exteriorum fere rectangulari, apice acuminato, angulum apicalem segmenti ventralis septimi retrorsum parum superante.

Long. corp.  $15\frac{1}{2}$ — $18\frac{1}{2}$ , cum memb.  $17$ — $19\frac{1}{2}$  mm; lat. hum.  $12$ — $14\frac{1}{2}$ , lat. bas. abd.  $9$ — $10\frac{1}{4}$  mm.

♂♀. Soekaranda (Jan. 1894).

#### ✓ *Aspidocurus* Sign.

Species quinque mihi cognitae, quas ad hoc genus refero (*A. varians* m., *flavescens* m., *ornatus* m., *politus* m. et n. spec.). ventris spina coxas intermedias superante gaudent. Antennarum articulo secundo cum tertio aequilongo vel eo vix brevior. Bucculis retrorsum humilioribus et paulatim evanescentibus. Pronoti marginibus antico et antero-lateralibus lineiformiter reflexis. Pedibus saepe picescentibus vel nigris; tibiis supra transversim convexis, utrimque subtiliter marginatis. Scutello magnitudine variante, nunc minore coriique apicem haud superante, nunc maiore abdominisque apicem attingente.

A genere *Amphimacho* Stål, quod non vidi, praeter ventris basin distinctissime armatam differe videtur articulo primo antennarum capitis apicem vix attingente, abdominis margine imo acuminato, nec calloso, tibiisque supra distincte convexis et utrimque

angustissime marginatis, nec late sulcatis (quod bene distinguere solet dom. Stål).

✓✓ *Aspideurus politus* n. spec.

♂: Corpore brevi ac lato, longitudine sua vix angustiore, supra sat fortiter, subtus modice convexo, valde nitido, supra subtiliter et sat remote, capite subtilissime et remotissime punctato; huius punctulis nusquam nisi secundum marginem anteriorem inguorum et intra ocellos et basin mediam occipitis in maculas minuscultas conservatis; iugis basin versus radiatim rugulosis. Capite latitudini interoculari frontis fere aequilongo, ante oculos minuscultos sat breviter producto; parte producta ante oculos leviter sinuata, tum breviter corrotundata, antice subtruncata; marginibus angustissime reflexis linea punctorum subtilium intus terminatis. Pronoto lato, longitudine sua mediana fere ter latiore; marginibus antero-lateralibus leniter rotundatis, postero-lateralibus et postico truncatis. Scutello apicem abdominis haud attingente, latitudini suae basali fere aequilongo; frenis medium scutellum haud attingentibus, parte postfrenali latissima. Corii disco hic illic et parce punctato, maximam partem glaberrimo, basi et area costali densius punctatis, venis lineis duplicibus punctorum indicatis; angulo apicali corii apicem scutelli fere attingente, apice truncatulo. Membrana venas septem vel octo simplices vel raro furcatas exhibente. Capite inferiore et pectore medioeriter, ventris lateribus sat rade et remote punctatis, maculis quibusdam et callositatibus pectoris laete coloratis impunctatis. Ventris spina basali compressa coxarum intermediarum marginem anticum attingente vel paullulo superante. Rostro coxas posticas vix attingente; articulo secundo omnium longissimo at articulis duobus apicalibus simul sumptis distincte brevior; his duobus articulis fere aequilongis. Antennarum articulis minus gracilibus, praesertim apicalibus duobus sat robustis; articulo tertio secundo paullo longiore, tertio quarto brevior (3 : 4), hoc quinto vix longiore.

Piceo-brunneus, levissime cupreo-metallescens. Macula obsoletissima mediana tyli, antennarum articulis primo et secundo

Stoll, entomol. Zeit., 1900.

totis tertique basi, rostri articulis primo toto et secundo supra, capite inferiore maximam partem, plaga marginali prostethii anterioris, acetabulis (his fusco-punctatis) maculisque et lineis aliis quibusdam glabris pectoris, coxis, trochanteribus, femorum basi apiceque (hoc obscurius et obsoletius), tibiis apicem versus, tarsis, unguiculorum basibus, ventris spina basali, eiusdem vitta utrimque discali marmorata, marginibus apicalibus segmenti genitalis, serieque triplici utrimque macularum ventris limbum occupante (prima macularum sat diffusarum intus spiracula positarum, secunda obsoletiuscula macularum transversalium, spatium inter spiracula et marginem posticum segmentorum obtinentium, tertia macularum longitudinalium fere totum marginem exteriorum singulorum segmentorum occupantium) subferrugineo-flavis.

♂. Segmentis ventralibus quarto, quinto, sexto postice latissime et profundissime sinuatis; segmento septimo maximo, in sexti sinum apicalem late rotundatum profunde immerso, medio segmentis quatuor vel etiam quinque praecedentibus aequilongo. Segmento genitali subperpendiculari, sutura in formam campanae retrorsum apertae curvata in areas duas diviso; area posteriore sutura illa inclusa valde depressa eiusque margine apicali (superiore) medio sat anguste et profunde exciso. Areae basalis lobo utrimque apicali distincte nonnihil reflexo, rotundato.

Long. corp. sine memb.  $5\frac{1}{2}$  mm; lat. hum. 5 mm.

1 ♀. Soekaranda (Jan. 1894).

A congenericis omnibus descriptis et indescriptis mihi cognitis differt haec species punctura subtilissima et remota corporis superioris et praesertim capitis; ab *Asp. quadrimaculato* Sign. et *variegato* Sign. etiam magnitudine minore et coloribus, ab una alterave etiam antennarum articulis apicalibus nigris, pedibus piceis membranaque late albedo-marginata. Ab *Asp. variante* Bred. vicino etiam forma latiore, antennis crassioribus, articulo tertio secundo parum longiore, capite ante oculos latius rotundato, connexivo toto cum linea ipsa marginali abdominis piceo, segmento

Stoll, entomol. Zeit., 1900.

sexto ventrali in mare latius et medio fere semicirculariter sinuato, segmento septimo ventrali maiore segmentoque genitali aliter formato facile distinguitur.

✓ *Saceseurus* n. gen.

Corpore sat convexo, subhemisphaerico, opaco vel parum nitidulo; supra, praesertim in capite et pronoto, sat profunde et confertissime punctato. Capite subperpendiculari, ante oculos sat producto, latitudini frontali cum altero oculo aequilongo; tylo ingis haud brevior. Pronoto sexangulari; margine antico profunde sinuato; marginibus antero-lateralibus rectis vel fere rectis; humeris rotundatis, haud vel paululum prominulis; postero-lateralibus truncatis vel leviter rotundatis; postice late atque obsolete sinuato; angulis posticis rotundato-deletis. Margine antico pronoti linea impressa retrorsum terminato, punctato, medio seriem unicam punctorum, latera versus pone oculos puncturam confusam exhibente; sulcis transversalibus cicatrices retrorsum terminantibus distinctis, impunctatis. Scutello apicem abdominis attingente, latissimo abdomineque dimidio distinctissime latiore, languiformi; frenis brevissimis, totius longitudinis vix quintam vel sextam partem efficientibus; parte postfrenali longe subaequilata, tum subangustato-corrofundata. Hemelytris clausis connexivum haud tegentibus; angulis apiculis segmentorum connexivalium levissime prominulis, inermibus. Mesosterno obsolete carinato. Ventris basi spina compressa armata. Ostioli in rugam acuminatam, semel subinterruptam, exeuntibus; area evaporativa minuta. Bucculis percurrentibus, parum elevatis et undique fere aequalitatis, postice truncatis. Rostris articulo primo bucculas vix superante; articulo secundo omnium longissimo. Antennis breviusculis; articulo primo apicem capitis haud attingente. Pedibus brevibus et sat fortibus; tibiis supra fere planis, utrinque distinctissime marginatis.

*Aspideuro* Sign. affine genus; differt capite distincte minus lato et longiore, pronoti marginibus lateralibus subrectis, margine antico pronoti medio et latera versus punctato, scutello latiore

Stett. entomol. Zeit., 1900.

eiusque frenis brevissimis, punctura multo densiore et profundiore, corpore superiore opaco vel parum nitidulo, corpore convexiore minusque lato et denique toto habitu.

✓ *Saceseurus bicolor* n. spec.

Capite ante oculos distinctissime angustato, deinde aequilato, apice rotundato-subtruncato ibique leviter trilobo; marginibus subtilissime reflexiusculis. Capite pronotoque confertissime et sat fortiter punctatis; illius interdum lineolis duabus interocellaribus, huius semper maculis quinque in pronoti parte anteriore positis areaque retrorsum apertum efficientibus glabris (una media transversali, duabus minoribus cicatrices ipsas notantibus duabusque aliis pone sulcos, qui cicatrices postice terminant, positas). Scutello multo obsolete et remotius punctulato; punctis latera versus magis coacervatis. Clavo corii dimidio basali fortiuscule et confertissime, huius dimidio apicali multo remotius punctato et hic illic omnino glabro; huius eiusdem dimidii area costali plerumque regulariter biserialim, apice confuse punctata. Angulo apicali corii distincte rotundato. Connexivo densissime punctulato. Corpore inferiore (plerumque etiam area opaca evaporativa) sat dense distincteque punctato; pectoris regione circa acetabula et ventris disco longitrorsum glabris, illa sparsim punctata, hoc subtilissime longitrorsum striolulato. Spina ventrali coxas intermedias subattingente. Rostris inter coxas posticas extenso; articulis duobus apicalibus subaequilongis. Antennis apicem versus incrassatulis; articulo secundo tertio aequilongo vel eo paululum longiore; articulo ultimo sat valide fusiformi omnium articulorum longissimo.

Dilute luteo-viridis. Capite supra subtusque, pronoto, corii dimidio basali, clavo, macula utrinque marginali scutelli antemediana semiorbiculari, limbo angusto scutelli inter illas maculas et basin, prostethii limbo angusto antico totiusque pectoris lateribus, antennis, rostro tibiisque anticis (harum basi excepta) nigris. Capite solo vel etiam pronoto nonnunquam viridi-aeneo induto. Pronoti maculis glabris quinque (et capitis lineolis duabus, cum

Stett. entomol. Zeit., 1900.



adsunt) viridi-luteis. Plaga magna nebulosa in parte apicali scutelli, corii limbo apicali, tibiaram posteriorum parte minus quam dimidia apicali, tarsis omnibus, spiraculis segmentisque genitalibus dilute piceis. Membrana septem-venosa, piceo-nigra; limbis basali (hoc late), exteriore et apicali hyalinis vel subhyalinis.

*Var.*: Specimina e Borneo reportata tibiis omnibus apicem versus, tarsis, rostro et nonnunquam etiam pronoti limbo laterali valde dilute picescentibus differunt.

♂: Segmento genitali convexiusculo ante apicem medio depresso; margine apicali medio inciso.

Long. corp. 5—5½ mm; lat. hum. 3¾—4½ mm.

Soekaranda (m. Januario).

[Praeterea Borneo (Mons Kina Balu), Banguey (!)].

✓ *Antestia Ellenriederi* n. spec.

*Pentatoma cruciata?* Fab. *Ellenr. Nat. Tijdsch. Ned. Ind.* 24 p. 154 (1862).

Species adhuc cum *A. anchora* Thunb. confusa, cum qua magnitudine, punctura picturaque ventris fere omnino congruit. Haud difficulter distinguitur his notis:

Corpore minus lato minusque convexo; colore principali lacte rubro (nec aurantiaco-luteo). Corio trimaculato; macula anteriore reliquis haud maiore, multo longiore quam lata, oblique antorsum producta et antice valde acuminata a margine costali semper valde distante. Macula posteriore interiore angulum anteriorem corii (nisi in varietate  $\beta$  nigricanti) haud attingente. Macula posteriore exteriore corii antorsum in vittam marginalem maximam partem areae costalis occupantem producta. Membranae limbo haud, nisi obsolete atque angustissime, dilutescenti (nec late albo-hyalino). Tylo vel toto nigro, vel linea rubra mediana notato; macula frontis elongato-quadriformi, lineam luteam vel sanguineam includente. Maculis pronoti seriem posteriorem efficientibus plerumque quatuor, raro sex; exterioribus in hoc casu

Stett. entomol. Zeit. 1900.

interioribus valde approximatis<sup>1)</sup>. Angulis basalibus segmentorum ventralium maculis (nisi minutis atque obsolete) haud notatis. Femoribus pictura nigra destitutis cum tibiis lutescentibus, geniculis apiceque tibiaram dilute rufescentibus, vel pedibus totis rufescentibus. Antennis quam in *A. anchora* distincte gracilioribus.

Callo antico pronoti eiusque disco et scutello inter maculas nigras eburneis. Pronoti linea mediana (pone cicatrices in maculam dilatata) scutellique macula media lacte rubris.

*Var.  $\alpha$ .* Corpore toto superiore (picturis typicis nigris exceptis) dilute rubro.

*Var.  $\beta$ .* Pictura nigra corporis superioris valde extensa corporeque superne viso magis nigro quam rubro vel eburneo, praesertim capite hemelytrisque fere totis nigris.

Long. corp. 10—10¾ mm; lat. hum. 5¾—6¼ mm.

1 Soekaranda (m. Januario).

3 Praeterea: Java occid. (Mons Gede) et orient. (Montes Tengger; hic var.  $\beta$ ); Borneo (var.  $\alpha$ !) (Brunei, coll. Horvath, Mons Kina Balu).<sup>2)</sup>

\* *Antestia plebeia* Voll.? var.

Cum *A. cruciata* Fab., cuius specimina sundana nunquam vidi, structura dimensionibusque corporis macularumque situ congruens, differt scutelli apice paulo gracilius acuminato, capite interoculari haud vel quam obsolete punctulato, maculis scutelli et pronoti (huius tantum sex exstant) lacte viridibus (nec nigris) capiteque (tylo viridi excepto) immaculato. Pectore et

<sup>1)</sup> Has easdem maculas in unico tantum specimine *A. anchorae* invenio ibique angulum humeralem ipsum occupantes et a maculis interioribus valde distantes.

<sup>2)</sup> *A. anchora* Thunb. macula corii antica omnium maxima rotundata vel subfasciiformi, marginem costalem semper attingente vel subattingente, macula corii postica exteriore subrotundata antorsum in vittam marginalem nunquam producta insignis. Indiam continentalem inhabitat.

Vidi specimina reportata ex India septentr. (Sikkim, coll. Horvath), Birma (Carin Chebà, leg. L. Fea, mus. Hamburg.) et Perak (coll. Horvath). In Archipelago malesio haud videtur occurrere.

ventre dilute luteis, latera versus viridescensibus, hoc serie utrinque submarginali macularum transversalium basin segmentorum lutescentium nigrarum, postice viridi-limbatarum ornato.

Long. corp.  $7\frac{2}{3}$  mm; lat. hum.  $4\frac{3}{4}$  mm.

Soekaranda (m. Januario).

Insectum nitidulum atque elegantulum ab *A. cruciata* certe specificè separandum et haud scio an cum *A. plebeia* Voll., specie ænigmatica, ut eius varietas coniungendum. Unicum tantum specimen examinare potui.

*Otantestia* n. gen.

Corpore supra modice convexo. Capite supra glabro; marginibus anguste lineiformiter reflexis; tylo percurrente. Pronoti marginibus antico et lateralibus-anticis filiformiter calloso-reflexis, pone oculos distincte interruptis. Impressione lineari margines reflexos antero-laterales a disco pronoti separante antice serie punctorum notata. Scutello sublinguaeformi, apice lato, rotundato. Antennarum articulo basali capitis apicem haud attingente; articulo secundo quam primo longiore et quam tertio distincte brevior. Articulo primo rostri bucculas parum elevatas retrorsum vix superante; articulo secundo omnium longissimo, quam tertio tamen non multo longiore. Tibiis supra sulcatis. Mesosterno carinulam medianam parum elevatam exhibente. Ventre circa spiracula nigromaculato, basi inermi. Pro- et mesopleurorum margine postico lineam punctorum intramarginalem exhibente. Ostioliis parvis, sulco evaporativo brevi vel brevissimo, subito decurtato, apice libere subprominulo, in rugam omnino non exeunte. Area evaporativa minima, ruga obliqua extus terminata; toto apparatu evaporativo (sc. exteriori) subauriculato.

Differt hoc genus novum ab *Antestia* Stål præsertim structura apparatus evaporativi omnino alia; *Pentatoma pulchra* Dall. et *Antestia modificata* Dist. huc referendae.

Stett. entomol. Zeit., 1900.

✓\* *Otantestia pulchra* Dall.

Differt a diagnosi auctoris macula discali scutelli linea angusta mediana in maculas duas subquadriformes divisa, membrana fere nigra, antennarum articulo secundo nigro (nec aurantiaco), tibiis omnibus supra subtusque nigro-lineatis longitudineque corporis minore (♀: 9 mm).

Soekaranda (m. Januario).<sup>1)</sup>

✓ *Menida formosa* Westw.

Soekaranda (m. Januario).

[Præterea etiam Bornco (Mons Kim Bah!) et Banguey (!)].

✓\* *Pygomenida varipennis* Westw.

Soekaranda (m. Januario).

✓\* *Cuspicona virescens* Dall.

Cum specimenibus javanis omnino congruit. Corpore supra saepe lutescenti; angulis segmentorum ventralium apice imo nigrescentibus. Segmentum maris genitale trisinuatum, latera versus rotundatum, sinu medio parvulo.

Long. corp. 9—10, lat. hum.  $8\frac{2}{3}$ — $9\frac{1}{2}$  mm.

Soekaranda (Januar 1894), Deli (W. Burchard leg. Coll. Hamburg.).

✓\* *Rhynchocoris margininotatus* n. spec.

Capite latitudini frontis cum oculis fere æquilongo, ante oculos sinuato-angustato, apice corrotundato; tylo per totam longi-

<sup>1)</sup> Specimen aliud, quod vidi, a dom. ill. Horvath mihi benigne commissum et circa Bangkok a dom. Nantus captum differt magnitudine iterum minore (♂: 8 mm), supra fere omnino dilute rubrum, maculis pronoti minoribus, seriei posterioris interioribus subquadrantiformibus, capitis superioris basi inter oculos macula quadrangulari notata, vitta corii intus secundum suturam clavalem retrorsum extensa suturamque membranalem attingente et maculae apicalis corii angulum anteriorem subtangente. Antennarum articulo secundo basi que articuli tertii sordide aurantiacis; tibiis aurantiaco-luteis, unicoloribus.

A forma typica et varietate sumatrana specificè differre haud videtur.

ludinem subaequilato, iuga haud superante, basi cum adiacente parte ingorum transversaliter rugosulo, ingorum parte apicali laevi, intus punctata; fronte sublaevi, impunctata, medio obsolete rugulosa. Pronoto antehumerali cum capite distincte declivo; angulis humeralibus spinis subhorizontalibus recte extrorsum productis, acutissimis armatis; marginibus antero-lateralibus leviter sinuatis, obtusatis, angulo collari tuberculo minusculo atque obtusiusculo notatis; margine antico distincte calloso-elevato, postice linea impressa uniseriatim rude punctata terminato; pronoti margine postico late et sat profunde sinuato, angulis posticis obtusangulariter prominulis, apice imo subobtusatis, haud vel haud distincte lobuliformibus; marginibus postero-lateralibus regulariter sinuatis, margini postico cornuum prothoracis fere aequilongis. Pronoti cicatricibus, marginibus antero-lateralibus, apice imo spinarum humeralium margineque postico subangusto laevibus; pronoto reliquo cum scutello, clavo corioque sat rude denseque punctatis; huius macula longitudinali ante apicem rimulae intus posita impunctata. Scutelli marginibus lateralibus circa medium late apertangulariter sinuatis; marginibus partis postfrenalis distincte rectilinealiter convergentibus, apice corrolundatis; linea mediana huius partis vix perceptibili. Corii angulo externo acuto sexaginta vel septuaginta graduum. Membrana venas octo vel decem hic illic furcatas exhibente, apicem abdominis paullo superante. Antennarum articulo tertio secundo vix longiore, quarto tertio distincte longiore (fere = 3 : 2), quinto quarto paullulo brevior. Bucculis circa rostri basin angulariter elevatis, retrorsum paullatim decreescentibus, extus linea impressa punctata marginalis. Rostro apicem segmenti quarti ventris attingente vel subsuperante; articulis secundo et tertio fere aequilongis, hoc articulo quarto distincte longiore (3 : 2). Lamina pectorali alta, a basi ventris usque mox ante coxas anticas rectilineariter decedente, antice subperpendiculariter rotundato-truncata, marginem anticum prostethii vix attingente; hoc margine carinam fortem intramarginalem, medio interruptam exhibente; area angusta collari antecarinali haud vel obsolete

Stett. entomol. Zeit, 1900.

punctata. Prostethii et metastethii arcis posticis dense et distincte, ventris lateribus sparsim et obsolete punctatis. Sulco ostiolario in rugam longam acuminatam exeunte; area evaporativa rugulosa. Ventre medio longitudinaliter in formam carinae obtusissimae elevato, glaberrimo. Angulis apicalibus segmentorum abdominis parum prominentibus, haud nisi levissime dentato-productis; apicibus segmenti septimi (♂) distincte dentiformibus, angulum acutum fere quadraginta graduum exhibentibus, segmenti genitalis marginem posticum superantibus.

Nitidus, laete subolivaceo-viridis (hoc colore tamen saepe in subolivaceo-ferrugineum vel sordide luteo-ferrugineum perdito); scutelli apice, pronoti marginibus antero-lateralibus et antico corporeque toto inferiore dilutius viridulis. Jugis, macula lineari marginali corii (plus quam quintam partem basalem areae marginalis cum adiacente area pleurali, inferiore fere tota occupante posticeque macula marginali minuscula nigra terminata) maculaque basali in connexivi segmento septimo posita, quae etiam in ventris marginem pertinet, laete aurantiacis vel subroseis. Linea submarginali capitis inferioris ante oculorum medium incipiente, tyli marginibus lateralibus anguste lineiformibus, cornuum thoracis apice lineisque marginalibus postica et antica (haec antice mox abbreviata) punctisque nonnullis plus minus confluentibus supra in illis cornubus positis, maculis minusculis apices segmentorum ventralium 3-6 occupantibus et in connexivi marginem anguste extensis, dentibus apicalibus segmenti septimi abdominalis supra subtusque, macula utrimque laterali segmenti genitalis maris (ex nebula punctulorum conflente et nonnunquam deficiente), antennarum articulis quatuor apicalibus totis aut fere totis (articulorum secundi tertiique bases nonnunquam brunnescentes), eandem articuli primi linea exteriori, unguiculorum apicibus rostrique apice nigris. Membrana nigro-fusca, aeneo-nitente, angulo interiore rufescente; alis subvitreis, apice fumigatis venisque obscurioribus. Abdominis dorso viridi, apicem versus fusco.

♂. Segmentum genitale postice medio leviter sinuatum, extus

Stett. entomol. Zeit, 1900.

utrinque leviter rotundato-truncatum, angulis exterioribus obsolete subapertangularibus, marginibus lateralibus subrectis.

Long. corp. 12—12½, cum memb. 13—13½ mm; lat. hum. 9½—10 mm.

3 ♂♂. Soekaranda (Januar 1894).

Differt hic parvus *Rhynchocoris* a congenericis pronoti angulis posticis obtusangulariter productis nec lobuliformibus, articulis antennarum secundo et tertio subaequilongis angulisque apicalibus segmentorum abdominis leviter tantum prominulis, vix denticuliformibus, quibus notis transitionem quandam facere videtur ad genus *Pugionen* Stål. a quo tamen distinguitur notis principalibus plurimis. A *Rhynch. taprobanensi* Bergr., cui similis videtur esse, distinguitur dorso abdominis maximam partem viridi (nec nigro-violaceo), segmento genitali maris subtilis omnino non impresso, eiusdem margine apicali medio leviter nec profunde sinuato margineque capitis concolori nec nigro.

✓ *Priassus spiniger* Hagl.

Spina ventrali cum adiacente parte ventris in hoc specimine brunnea.

Long. corp. 14, cum memb. 15 mm; lat. hum. 8⅔ mm.

Soekaranda (m. Januario).

✓ *Amyntor pallidus* n. spec.

Caput supra planum, latitudini frontis cum oculis fere aequilongum, longitudini mediana pronoti distincte brevius, triangulare, iugis tylum multo superantibus et ante cum confignis, apice subtiliter exciso-hiscescente; margine laterali utriusque iugi obsolete bisinuato (primum supra scrobes antennales, deinde mox ante apicem), inter illos sinus levissime rotundato-dilatato. Pronotum latitudinis humerali multo brevius (2 : 5), marginibus anterolateralibus distincte sinuatis, humeris sat prominentibus in formam anguli fere 45 graduum, apice ipso subobtusato; horum cornuum margine posteriore pronoti margine postero-laterali paullo brevior.

Stett. entomol. Zeit. 1900.

Dimidio anteriore pronoti supra duabus impressionibus late sulciformibus et longe transversaliter extensis, extus abbreviatis (altera inter vel paullo ante humeros, altera mox pone marginem anticum) instructo; regione cicatricali inter illos sulcos transversaliter late calliformi-elevata. Scutello latitudinis basali distincte longiore, apice postfrenali subgraciliter producto, marginibus fere rectis, convergentibus, apice corrotundato-obtusato. Abdominis marginibus hemelytra clausa utrinque modice tantum superantibus, angulis apicalibus segmentorum quam levissime prominentibus. Antennarum articulo secundo tertio brevior (2 : 3, vel fere 3 : 4), quarto tertioque subaequilongis, quinto quarto distincte longiore (5 : 4). Bucculis subpercurrentibus, leviter biarcuatis. Rostro inter coxas posticas extenso, articulo secundo tertio longiore. Pedibus subrobustis; tibiis supra planis, distinctissime marginatis; tarsorum articulo basali articulis apicalibus simul sumptis subaequilongo. Sulco ostiolorum ipso brevissimo, ruga obsolete extrorsum continuato.

Subsordide ferruginescenti-luteus, hemelytrorum parte coriacea dilute rubescente; pronoti callo cicatrices ferente, marginibus lateralibus scutelli cum apice, tertia parte basali clavi coriisque huiusque parte extra rimulam sita nec non femoribus tibiisque paullo dilutius lutescentibus. Ubique dense subtiliterque fusco-punctatus; depressio posterior pronoti inter humeros, vitta utrinque subobsoleta scutelli marginem lutescentem infus sequens margoque ventris extra spiracula punctis subtilissimis et densissimis fusco-nebulosa. Angulis imis humeralibus impunctatis, denticulis marginis pronoti, tibiarum apicibus tarsisque lacte flavis. Antennis rufis; articulo basali toto, articuli secundi basi quintique apice (hoc obsolete) flavescens. Coxis, sternis fasciolisque compluribus callosis abbreviatis regionis acclabulariae pectoris albo-luteis glabrisque. Abdomine medio longitrossum parcius, femoribus tibiisque haud nisi obsolete fusco-punctatis. Membrana subsordide lutescente, venis suis sex vel octo et vittulis apicalibus quinque vel sex abbreviatis inter singulas venas positis

Stett. entomol. Zeit. 1900.

grisescentibus. Alis fusciscentibus, dorso abdominis, comexivo excepto, nigro-fusco, hoc colore in segmento septimo in luteo-fuscum transeunte.

Segmentum genitale maris minusculum, perpendiculare, utrinque prope medium transversaliter impressum; margine libero superiore segmenti distincte trisinuato, sinu medio magno profundissimoque.

♂. Long. corp. 11, cum memb.  $11\frac{1}{2}$  mm; lat. hum.  $7\frac{3}{4}$  mm.

♀. Long. corp. 13, cum memb.  $13\frac{1}{2}$  mm; lat. hum.  $8\frac{1}{4}$  mm.

1 ♂, 1 ♀. Sinabong.

Differe videtur hic primus Amyntor ex Archipelago malesio cognitus a congenericis indicis depressionibus transversis pronoti, angulo marginis lateralis iugorum omnino delicto nec non coloribus et magnitudine.

### ✓ Subfam. Asopini.

✓ *Zicrona coerulea* L.

Soekaranda (m. Januario); Sinabong; Bekantiang.

✓ *Cazira strumosa* Stål.

Soekaranda (m. Januario).

✓ *Cazira chiroptera* H.-S.

Soekaranda (m. Januario).

✓ *Platynopus melanoleucus* Westw.

Soekaranda (m. Januario), 1 ♀.

✓ *Canthecona javana* Dall.

Soekaranda (m. Januario).

✓ *Canthecona rufescens* Voll.

Soekaranda (m. Januario).

✓ *Audinetia spinidens* Fab.

Soekaranda (m. Januario); Liangagas.

✓ *Asopus malabaricus* Fab.

✓ cum var. *rubrocinctus* Bred.

Soekaranda (m. Januario).

Stett. entomol. Zeit., 1900.

### ✓ Subfam. Tassaratomini.

✓ *Mucanum patibulum* Voll.

Soekaranda (m. Januario).

[Praeterea etiam Borneo (Kina Balu Mons!) et Malacca (Perak)].

✓ *Pygoplatys Ralandi* Kellenr.

Corpore superiore in duobus, quae vidi, speciminibus haud vel quam dilutissime rubro-signato. Processibus humeralibus nigropunctatis. Margine exteriori segmentorum abdominalium haud vel quam levissime sinuato.

♂: Segmenti genitalis medio leviter et subapertangulariter exciso; angulis apicalibus segmenti septimi rectis, apice obtusatis.

Long. corp.  $17\frac{1}{2}$ — $19\frac{1}{2}$  mm.

Soekaranda (m. Januario).

✓ *Pycanum rubens* Fab.

✓ cum var. *amethystinum* Web.

Soekaranda (m. Januario).

### ✓ Subfam. Dinidorini.

✓ *Cyclopelta obscura* St. Farg. & Serv.

✓ cum var. *trimaculata* Voll.

Soekaranda (m. Januario).

✓ *Aspongopus nigriventris* Westw. Voll.

Species variat antennarum articulo quinto nunc nigro, nunc flavo.

Forma capitis insignis species. Hoc ante oculos valde atque apertangulariter sinuato, ante sinus angusto (spatio interocellari cum ocellis ipsis vix latiore) et antrosum levissime dilatato, apice sat breviter corrotundato vel fere subtruncato, medio leviter inciso.

Species *Asp. cuprino* Stål philippinensi affiniissima. Differt ab hoc capite ante oculos profundius atque distinctius sinuato et

Stett. entomol. Zeit., 1900.

ante sinus iterum subdilatato, antennis sensim gracilioribus coloribusque semper multo dilutioribus.

✓\* *Aspongopus fuscus* Westw.

Species variat antennarum articulo apicali nunc nigro, nunc flavo.

Colore principali cum praecedenti plerumque congruens, differt abdominis lateribus saepissime — at non semper! — flavo-notatis, statura minore, praesertim autem forma capitis. Huius parte antoculari breviter et distinctissime trapezoidali; marginibus ante oculos distincte sinuato-convergentibus; apice subtruncato-corrotundato.

Soekaranda (m. Januario).

[Praeterea etiam Malacca (Perak!), Nias (!), Borneo (!) et Palawan (!).

✓\* *Aspongopus marginatus* Costa.

Soekaranda (m. Januario).

✓\* *Megymenum brevicorne* Fab.

Soekaranda (m. Januario).

✓\* *Megymenum basale* Walk.

Capite quam longitudine sua interoculari distinctissime longiore; iugis ante oculos substylatos incrimibus apertangulariterque sinuatis, deinde subparallelis apice singillatim late rotundatis; capite medio inter iuga distinctissime inciso. Pronoti dente collari lato atque forti distincte acutangulari (circiter 75°). Humero dente minusculo recte extrorsum vergente abdominisque basin utrimque distinctissime superante armato. Marginibus antero-lateralibus circa medium in processum dentiformem longum graciliterque acuminatum, ipsum serratum, antrorsum atque extrorsum directum apiceque suo latitudinem basalem ventris utrimque supe-

1) Specimen iavanicum limbo abdominali cum corpore concolori praeditum in coll. mea.

rantem vel subsuperantem armatis. Margine inter dentem humeralem et processum antehumeralem sat leniter, margine inter eundem processum et dentem collarem profunde (fere semiorbiculariter) sinuatis. Pronoto transversaliter subrugoso, antice in medio in tuberositatem valde convexam elevato. Scutello pone sinum retrorsum dilatato vel subaequilato, deinde subangulariter corrotundato. Angulis apicalibus segmentorum connexivalium dente longo et acutissimo, recto armatis; segmentis singulis circa medium etiam alio dente multo minore, tamen et hoc quoque plerumque distinctissimo atque acuto instructis; in femina etiam valvulis genitalibus apicalibus eiusmodi dentibus munitis. Membrana apicem abdominis haud omnino attingente. Antennis sublongiusculis; articulo secundo capitis latitudini cum singulo oculo aequilongo; articulo quarto quam tertio distincte brevior; hoc articulo et secundo distinctissime dilatatis.

Obscure cupreum; membrana dilute flava, hic illuc nigro-marmorata; his lituris nigris circa medium longitudinis membranac in fasciam nebulosam intus decurtatam coacervatis. Antennis nigris; apice articuli quarti dilute picescenti.

Long. corp. 17—18 mm; lat. ad apicem processum  $6\frac{1}{2}$ — $7\frac{1}{4}$ , lat. bas. abdom. 7— $7\frac{1}{5}$  mm.

Soekaranda (m. Januario).

Species quamvis capitis longitudine subgeneris *Anoplocephalae* Stål admonens tamen propter pronoti connexivique structuram subgeneri *Pseudarado* Burm. aptius adnumeranda est, differt tamen processibus antehumeralibus pronoti gracillime acutangulariterque productis. Primo vero iam intuitu ab hoc aliisque omnibus congenericis distinguitur dentibus longiusculis atque acutissimis marginis abdominalis. *M. basali* Walk. ex insula Borneo reportato hanc nostram speciem sumatranam non sine magna dubitatione attribuo cum diagnosis illius speciei, quam dedit auctor, notis vere specificis omnino inanis sit.

✓ *Megymenum cupreum* Guér.

Soekaranda (m. Januario).

✓✓ *Byrsodepsus sundanus* n. spec.

Species cum *B. coriario* Stål ex India septentrionali (Sikkim) reportato plurimis notis congruit, at corporis dimensionibus multo minoribus, *ingis supra omnino planis* (nec convexiusculis, apicem versus planiusculis!), marginibus postero-lateralibus pronoti fere rectis, margine postico late sinuato, femoribus anticis et praesertim posticis subtus pone medium spinis quaternis longis (binis in latere anteriore, binis in posteriore positis), femoribus intermediis spinis trinis (singulis in latere anteriore, binis in posteriore) armatis, pronoto et scutelli basi linea mediana quamvis tenuissima destituta, maculis tribus bascos scutelli (intermedia paulo distinctiore) apiceque scutelli lutescentibus (hoc punctis paucis fuscis notato), corpore inferiore maculis lutescentibus, quantum video, destituto, et totius corporis limbo regulariter atque acquilate materie quadam sordide cretacea cooperto; in connexivo maculae nonnullae rotundatae inveniuntur ex eadem materia concretae, incisuras occupantes. Quibus omnibus notis insectum a *B. coriario*, praesertim in tanta patriarum diversitate, specificè satis distinctum esse mihi quidem videtur.

Articulo tertio antennarum secundo fere duplo breviorè late foliaceo-dilatato; articulo quarto quam tertio nonnihil longiorè et, ut illo, sat longe piloso, ferruginescenti-flavo, basi nigro, apice infusato. Corpus infra, ut in *Megymenis*, modice convexum. Margine apicali segmenti genitalis rotundato, integro.

Pronoto retrorsum in processum, qui scutelli magnam partem basalem tegit, dilatato genus inter vicina valde singulare.

Long. corp. 13 mm; lat. hum. 6, lat. max. abd. 6½ mm.

1 ♂ Soekaranda (m. Januario).

✓ **Subfam. Phyllocephalini.**✓ *Tetroda histeroides* Fab.

Soekaranda (m. Januario).

✓ *Megarrhamphus rostratus* Fab.

Soekaranda (m. Januario).

✓ **Subfam. Acanthosomini.**✓ \* *Microdeuterus Dohrni* n. spec.

Capite magno mox ante oculos sinuato-angustato, ante sinus marginibus subdivergentibus, margine antico leviter rotundato. Pronoto cum scutelli basi sat fortiter subgloboso-convexo, postice late sed profunde sinuato; marginibus antico, antero-lateralibus et postero-lateralibus (his obsoletius) callosio-elevatis; angulis posticis apertangularibus, apice rotundato-obtusatis. Scutello subtriangulari, latitudine basali paullo longiore, marginibus exterioribus circa frenorum apicem leviter sinuatis; parte postfrenali subrotundato-acuminata, carina mediana subobsoleta antice et postice decurtata instructa, apice ipso obtusiusculo. Corii sutura membranali recta, angulo apicali exteriorè retrorsum leviter acutangulariter producto, extus levissime membranaceo-marginato. Membrana abdominis apicem superante, venis 7 vel 8 percurrentibus. Connexivi angulis apicalibus segmentorum tertii distincte, quarti, quinti et sexti vix prominulis; his apicibus omnibus duplicatis, margine externo imo connexivi longitrorsum sulcato. Antennarum articulo secundo primo paullo longiore tertio multo breviorè (1:3), hoc articulo quarto distincte (3:2) et quarto iterum quinto (4:3) longioribus. Bucculis subsemiorbicularibus, valde elevatis, fere sub scrobibus antennalibus altissimis. Rostro segmenti ventralis quarti apicem subattingente. Lamina sternali marginem prostethii anticium attingente. Sulco ostiolorum modice longo, apice acuminato. Ventre per totam longitudinem distincte carinato, spina basali coxas intermediis attingente.

Lutescenti-viridis, subtus, pedibus lacte viridibus exceptis, subvirescenti-luteus. Corio clavoque subdiaphanis, cum

membrana sordide lutescentibus. Punctulis sat remotis pronoti et scutelli, punctis clavi et corii (venas et maculam longitudinalem rimulam intus sequentem liberas relinquentibus), capitis margine imo subobsoleto, labri linea tenui mediana, pronoti linea impressa punctata marginem anticum sequente eiusdemque margine postico, scutelli apice et basi, haec maculas quatuor basales lutescentes includente et postico diffusa, corii maculis obsoletiusculis et subconfluentibus (una in disco ante apicem rimulae, alia in angulo apicali exteriore, tertia in angulo interiore positis), membranae margine inferiore maculae marginis exterioris circa medium, maiore parte apicali segmentorum connexivalium angulisque apicalibus segmenti septimi ventralis piceo-brunneis aut fuscis. Ventre hic illic ferrugineo-adperso, incisuris omnibus (medio interruptis) metastethiique sulco ostiolario ferrugineis; callis duplicentis postspiracularibus segmentorum ventris orbicularibus, eburneis. Dorsio abdominis aurantiaco-rubro, violaceo-micante, in segmento septimo in purpureo-rubrum transeunte. Antennarum articulis tribus apicalibus tarsorumque articulis apicem versus sordide brunnescentibus.

♀. Segmento ventris septimo apice profunde subtrapezoideo-sinuato (vel potius trisinuato, sinu medio longe maximo, lateralibus obsoletis), angulis apicalibus sat acute prominentibus, angulum fere triginta graduum efficientibus, apicibus acutis. Segmentorum genitalium margo posticus subtruncatus, medio leviter lateque sinuatus, nigro-ciliatus.

Long. corp.  $10\frac{3}{4}$ , cum memb.  $11\frac{3}{4}$  mm; lat. hum. 5 mm.  
1 ♀ Soekaranda (Januar 1894).

A *Microd. aequali* Walk., e Borneo reportato, coloribus corporis et antennarum et membranae aliisque notis differre videtur.

## Triclioscelis nov. gen. Dasypogoninorum (Diptera)

von

V. v. Röder in Hoym (Anhalt).

*Triclioscelis* a reliquis *Dasypogoninorum* generibus, quorum tibiae anticae calcare non armatae sunt, abdomine lato, convexo, facillime distinguitur. Facies lata non tuberculata; thorax gibbus. Pedes validi. Femoribus posterioribus crassissimis, tibiis posticis curvatis; tarsis posticis crassis. Pulvillis distinctis. Alae longae; cellulis posterioribus, prima quartaque ante marginem alae, clausis.

Professor Burmeister entdeckte diese neue Gattung in den La Plata-Staaten (Argentinische Republik) auf seinen Reisen daselbst in den Jahren 1857—1860. Er erwähnt dieselbe in Bd. II seiner Reise durch die La Plata-Staaten auf pag. 170. „Bei Tucuman fing ich eine neue mit *Discocephala* Macq. verwandte Gattung, welche sich durch enorm verdickte Hinterschenkel auszeichnet.“ Dieselbe Bemerkung über diese Art nach Burmeister's Angabe, befindet sich in dem Catalogo de los Dipteros hasta ahora, descritos que se encuentran en las Republicas del Rio de la Plata por Enrique Lynch Arribálzaga sep. pag. 36. Was die Verwandtschaft mit *Holcocephala* Jaen. = *Discocephala* Macq. anbelangt, so sind es die etwas vorgequollenen Augen und der buckelartige Rückenschild, welche ein wenig an diese Gattung erinnern, welches Burmeister wohl veranlaßt hat, dieselbe mit *Discocephala* verwandt zu halten. Es läßt sich die neue Gattung in keiner anderen Weise mit *Holcocephala* vergleichen, vielmehr schließt dieselbe sich in Flügelgeäder und Gestalt der Gattung „*Triclis* Lw.“ an. Ich nenne zu Ehren des Entdeckers derselben, Professor Burmeister, die erste Art:

### 1. *Triclioscelis* Burmeisteri nov. spec.

Atra; epistomate aurato pollinoso pilosoque. Articulis ambobus primis antennarum rufis. Articulus tertius deest. Proboscide